




3368

M. 23. 12

12, 3.

28



I. N. 7.

SUMMARIA DISSERTATIO

De

OECONOMIA
REDEMPTIONIS
NOSTRÆ
PER CHRISTUM PARTÆ,

Ubi

Præcipuæ Controversiæ inter
nos & UNITARIOS [vulgò Socinianos]
circa peccatum Originale, Personam
& Officia Christi, Causam mortis ejus, &
satisfactionem strictim & dilucidè
pertractantur,

*Sententia orthodoxa solidis argumentis
stabilitur, Unitariorum verò opinio
candidè refutatur*

per

PAU. MICHAELEM RHEGENIUM,
N.A. Claudiopol. Transylvanor. olim qui-
dem Unitariorum Religioni, nunc verò Evan-
gelico-Lutheranæ addictum.

Eph. IV, 15.

Veritatem sectemur cum charitate.

LIPSIAE,

Sumtibus JOH. GROSSII, 1688.

SUMMARIA DISCUSSIONIS

ECONOMIA

REDEMPTIONIS

NOVITIE

PER CHRISTI PARVULUM

KON. PR. FR.
UNIVERS.
ZU HALLE.

PATRIMONIUM REGENS

A. C. CHURCHILL LIBRARIUS

1722. 12mo. 100 pag.

Price 2s.

At the Author's Shop in the Strand, London.

Summaria Discussionis Economia Redemptions Novitie per Christi Parvulum 1722. 12mo. 100 pag.

SERENISS. AC POTENTISS.
ELECT. SAX.
PROTO-SYNE DRII DRES-
DENSIS
P R A E S I D I
EMINENTISSIMO,
Domino meo Gratioſo,
cæterisq;
CONSILIARIIS
&
ASSESSORIBUS
eiusdem,
V I R I S
Summè Reverendis, Magnifi-
cis, atq; Amplissimis,
Dominis, Patronis ac Pro-
motoribus meis devotâ observan-
tiâ æternum æstumatisimis,
colendissimis,
Gratiam & Pacem, cum accremento di-
vinæ benedictionis, tūm hujus, tūm
maximè futuræ vitæ!



*Vir Eminentissime,
Domine Gratosissime.*

*Viri Magnifici, Summè Reve-
rendi, atq; Amplissimi,
Domini, Patroni, ac Promo-
tores Venerandi,*

A Nxiâ diu mecum deli-
beratione agitavi, Vi-
ri Eminentiss. Magn.
Ampl. utrum mihi ci-
tra audaciæ notam fas esset,
coram tantis Viris compare-
re, hocque levidense charta-
ceum munusculum, tanquam
grati mei animi tesseram, ad
pedes VESTROS humilimè
de-

DEDICATIO.

deponere ; sed vicit cunctationem, gratitudo, pudorem,
Nominis VESTRI veneratio, quæ fluctuantis animi assensum tandem in eam partem flexit, quâ bonorum omnium vota conspiranti suffragatione diriguntur. Et licet munusculi vilitas me percellat, gnarus tamen thuscula quoque sacra fieri Diis, immo & mola falsa benè litare eum, cui thura defunt, hinc non dubito, hoc qualecunq; de schedis meis, VESTRUM facere. VOBIS illud dare, dicare, ac dedicare; quippe cum hoc ipsum jure ipso VESTRUM sit, solo enim super-

DEDICATIO.

structum ædificium soli ipsius
domino cedit. Et quemad-
modū olim agricolæ solebant
primitias frugum Diis agro-
rum consecrare , ita ego o-
mnia mea quantulacunque
sunt, DEO O. M. accepta re-
ferens, ipsum in Vobis hono-
rare debui, per quos ipse de-
dit oportunitatem , eam a-
gnoscere veritatem,circa Dei
& Salvatoris nostri JESU
CHRISTI cultū,circa quem,
si quos habui, retinuisse
 errores, error penè fuisset o-
mnis reliqua mea scientia.
Per VOS liberale hoc otium
in florentissima VESTRA A-
cademia obtigit, VOS ex im-
pro-

DEDICATIO.

promerita Munificentia satis
honorifico subsidio curtam
domi meæ supellectilem au-
xistis. VOS denique singu-
larem gratiam, ut aliis certis
argumentis, ita spontaneo
propensi favoris studio, &
manifestâ voluntatis inclina-
tione, satis testatam fecistis,
pro qua grata promptitu-
dine supplicem & constan-
tem in VOBIS colendis, &
perpetuâ devotæ mentis vo-
luntatem, cum asidua publi-
cæ privatæque prosperitatis
appreciatione, refero. Sed
debui has quoq; ingenii mei
primitias VOBIS, qui hæc a-
gricolationis nostræ novalia

DEDICATIO.

jure meritoq; VOBIS vindicatis, consecrare; hâc lege ut vestro gaudeant patrocinio. Nec vile à VOBIS haberis scio, quod doctrinam cœlestem, quâ nihil est excelsius neque Vobis pretiosius, sicut crasso pennicillo, delinqat. Ego saltem nihil, anus, in præfens quod offerrem, habui, & licet haberem, nihil tamen Vobis dignum, Vestrisque in me meritis dari poterant, ex quo enim in Vestram concessi clientelam, summo certè beneficio me mactum voluistis, quod obligatoriâ hâc tabulâ ex animo testari debui. Et quantum alias Vobis, Viri

Emi-

DEDICATIO.

Eminentiss. Magnif. Rever.
Amp. debeam, reticere malo,
ut pote quod animo altè insi-
dens, non tam obiter est ef-
fundendum, quam observan-
tiâ atque veneratione æternâ
agnoscendum.

Cæterum VOS, Patroni
gratiosissimi, rogo, ut porrò
gratiam mihi Vestram tribu-
atis, & mea studia, si mere-
buntur, Vestro favore beni-
gnè juvetis, promoteatis.
Nunc autem hoc dicatum *Il-*
lustr. Nominis Vestro donario-
lum libenter accipite, non in-
dignati humilem è Sacris Mu-
farum hederam, inter Curia-
les summi honoris lauros fer-

DEDICATIO.

pere. Et licet exiguum, spero ta-
men à Gratia Vestra, & animo meo
satis accepturum ponderis. Inter-
rim DEUS OPTIMUS MAXIMUS
Vos pro publica salute invigilan-
tes diu Felices superesse sinat, & o-
mni benedictionum divinarum
genere affatim cumulatos sospitet,
meque, si ita è re Vestra & mea sit,
in clementissimi Vestri patrocinii
& favoris ulnis consenescere fa-
ciat

- *Vestrarum Emin. Magn.
Rev. Amp. Dominationum*

Dabam Lipsiæ A. D.
M. DC. LXXXVIII.
die 4. Aug. styl. vet.

subjectissimus Cultor

PAULUS MICHAEL RHEGENIUS,
N. Claud. Transyl.
BENE-



BENEVOLO LECTORI
Salutem! .

Scripto hoc, LECTOR AMICE, quod vides, res revera haud exigui momenti proponuntur, quae si recto percipias animo, ad rem altius indagandam ansam atque occasionem praebere possunt. Inter innumera enim omnipotentis DEI, & JESU CHRISTI Salvatoris nostri, in Genius humanum propensissima pignora nullum extare mihi

AD LECTOREM.

videtur, in quo eminentius at-
que illustrius singularis Sum-
mi Numinis charitas, & dul-
cissimi Domini JESU erga
nos affectus apparuerit, quam
est sancti & pretiosi sanguinis
ab agno illo intaminato & ir-
reprehenso, nostrae salutis cu-
pientissimo, uberrime profusi
impendum. Sed nullum
etiam inter alia divinissima
religionis Christianæ arcana,
naturæ ac rationi profundius
abditum, ac proinde densiori-
bus opinionum nubibus invo-
latum, quam mortis tam cru-
tæ ab unigenita, qui est in sinu
Patris, sponte ob peccata no-
stra appetitæ mysterium. Et
quo-

AD LECTOREM.

quoniam quām maximē à na-
tura & ratione quasi abhor-
ret, vitam suam querere &
reperire in alterius morte,
divitias in alterius paupertate,
justitiam in alterius con-
demnatione; hinc factum est,
ut non paucos, quin etiam a-
lias ab eruditione commen-
datisimos, hæc sententia ex-
periaretur adversarios, qui se
eidem totis ingenii viribus op-
ponerent, summoq; rationis a-
cumine oppugnarent. Ag-
men hic ducunt nostro seculo
Cœtus Unitariorum olim qui-
dem in Polonia & Magno Du-
catu Lituaniae, nunc autem
in Transylvania florentis an-

AD LECTOREM.

tistites & Doctores. Illius
quidem Celebriores fuere,
Faustus Socinus, Senensis Ita-
lus, natus 1539. 15. Decembr.
Johannes Volkelius, Grim-
mensis Misnicus, Valentinus
Smalzius, Gothâ-Thuringus,
Johannes Crellius, Francus,
Norinbergensium alumnus,
natus 1590. 26. Julii. Jonas
Slichtingius, Nobilis Polonus,
nec non alii complures. Hu-
jus autem, nimirum Transyl-
vaniæ, fuerunt olim Franci-
scus Davidis, Johannes Som-
merus, Pirnensis Misnicus,
Rector Claud. Georgius Enje-
dinus, Superint. Claud. Cele-
berrimi Dalnakides, Benedi-
etus

AD LECTOREM.

Etus Arkosi, Rect. Claud. Valentinus Baumgardus, Memelâ-Borussus, Superint. Claud. Joachimus Stegmannus, qui per avayę. Magnus Amicus honesti vocari amabat, Pastor Primarius Cœtus Sax. Claud. Et ante quinquennium defunctus, zelo & devotione admirabiliter flagrans Rever. Vir Balthasar Kontz, Nob. Episcopus Claud. Et quod unum instar omnium ob admirabilem Eruditionem memorem vivit Vir Rever. Daniel M. Szent Ivani, Nob. Plebanus simul & Episcopus, quondam Præceptor meus suavisissimus, Promotor summè Venerandus, cuius

AD LECTOREM.

*jus varii extant excellentissimi sui ingenii fœtus. Taceo
Præclar. dum viveret Petrum Razmannum, Fautorem meum.
Eloquentissimum Paulum Bedeo Ministr. etiam
Præceptorem meum suavisissimum. Andream Jövedecsum,
bodiè Rector. Gymnas. &
Ministr. Cœtus Saxo-Claud.
Johann. Schirmerum, Mich.
Almasium, meos ab incunabulis ferè Præceptores nunquam sine grati animi recordatione colendos. Me autem,
quem Ecclesia Unit. à teneris
in spem suam benigna fovit,
sinuq; complexa materno, ad
hanc ætatem eduxit, & tandem*

AD LECTOREM.

dem majoris experientiae cau-
sa in exteris oras amanda-
vit; Tandem singularis DEI
cura de reditu cogitantem
monuit, ignorare me adhuc a-
liquid, atque illud tanti mo-
menti, ut ejus ignorantiam a-
gnovisse nulli non praestaret
scientiae. Hoc ergo erat purior
& verior DEI & Christi cul-
tus, & sanior de hoc opere
Redemptionis sententia. Et
quia omnibus, quibus salus sua
est cordi, rerum cultum divi-
num spectantium scientia se-
riò est inquirenda, mearum
quoque partium esse duxi, de-
posito omni affectu ac preju-
dicio, rationem captivans sub
ob-

AD LECTOREM.

obsequium fidei, aliquantum
lum diligentius sacris operam
navare; Hunc in finem Dres-
dam mihi variis de causis e-
ligendam esse duxi. Ubi
etiam eam mihi indolem,
comparare studui, ut E' DE-
US non posset non offerre veri-
tatis suæ secretum, E' vel ipse
oblatam non recipere. Et
licet in exordio tenuis solum
strictura lucis hujus verita-
tis oculis sese ingereret meis,
cavi tamen sodalo, ne eam
spernerem, sed quamvis ob-
scurius lucentem tamdiu se-
querer, donec tandem dies il-
lucesceret. Ubi tandem cla-
rum solis jubar omnes ex ani-
mo

AD LECTOREM.

mo nostro depulit tenebras
Sed quid? an hic subsistendum
erat? minimè gentium, testari
oportebat de hac luce. Hoc er-
gò specimen, quod ex ingenii
mei tenuitate in conspectum
Vestrum prodit, ingenuè id
præstabit. Quare, Candide
Lector, proba hac omnia, ut
monet Apostolus 1.Thess.V,21.
Et considera in timore Domini,
abjectis præjudiciis, unius
veritatis amore flagrans, bo-
numq; quod tibi conscientia
monstraverit, tene in pace Et
charitate. Deus enim chari-
tas est, 1.Joh.IV,8. Et ad chari-
tatem vocati sumus, quin.
Et secundùm charitatem ali-
quan-

AD LECTOREM.

quando judicabimur non secundum scientiam, quæ sine charitate nihil valet, 1. Cor. XIII, 2. Deus autem & Pater Domini nostri Jesu Christi, misereatur omnium proborum hominum, qui adhuc hærent in tenebris ignorantiae, in primis dilectissimorum Fratrum Unitariorum, oculosq; eorum illuminet splendore sanctissimæ veritatis ac agnitionis suæ, ad suam & dilectissimi Filii sui JESU gloriam. Vale in Domino & fave.

Pau. Mich. Reginus.

○(o)○

Ad

CL. sibiq; charissimum
DN. RHEGENIUM,
doctissimi tractatus hujusce Theo-
logici Autorem.

*CHRISTUS, Homo-Deus, & pro nobis
ultima passus,
Salvifaci centrum est dogmatis atque
scopus,
Quicquid Photini blateret novus asecla
contraria,
Regula cui Ratio, haud Littera sancta
DEI est.
Hac doctus meliora, doces nunc ipse,
RHEGENI,
Delicium Eusebii, delicumq; meum,
In Scripto, ingenii magnum quod prodit
acumen,
Et lautâ dignum Te statione probat.
Macte novo hoc ausu, meliori expulvere
Phœnix,
Converte & Socios, sic renovate, tuos!*

†

En!

¶(o)¶

En! Meritum cuius tam fortiter afferis,
Is Te
Soter nec vult, nec deseruisse potest.
benè-ominabundus scribeb.
in Paulina

L. Joachimus Fellerus, P.P.,
Acad. Bibliothecar. ejusq;
h. t. tertium RECTOR.

Ad
Eruditæ Dissertationis
de
Oeconomia Redemtionis
nostræ per CHRISTUM
partæ
AUTOREM
doctissimum.

Infausti quondam sectatus dogmata
Fausti,
Quæ fidei nostræ damna dedisse vo-
lunt:
Nunc meliora vides vivo solamine plena;
Quæ tibi propinat pagina sancta DEI.
Atque,

◎(6)◎

Et que, sua tantum nixi ratione salutem,
Qui Christi ex merito posse venire ne-
gant,
Hos docte scripto hoc toto solideque re-
felliſ,

Ut mentis pateant interiora tua.

Macte hoc proposito! namque haec doctri-
na Salutis

Amplius esse potest OECONOMIA tua.

Gratulabundus scribebam cum
prolixo omnigenæ prospe-
ritatis voto

Johannes Olearius, D. &
P.P. Facult. Theol. h. t. De-
canus.


REGENIUS, REGENITUS.

Multasse nomen nemo Te sine re pu-
tet;

Socius enim Socii minus Fausti diu
Postquam fuisti, Filius nunc es Dei,
REGENITUS ecce! Spiritu REGENIUS.

Gratulabundas ex animo f.

D. Val. Alberti, P. P. &
Consistorialis.



PAUCIS, quēis laqueis mens irretita
Socini,

*Accessus felix ad sacra nostra datur :
Quęq; DEI soboles miseris vadimonia
terris*

*Præstigit, heu! nimis hac temnere
turba solet!*

*Haud mens ista tibi, mea cura, renate
REGENI,*

*Et mensæ & mentis portio chara meæ:
Non spernis tractum, quo gnati ad mu-
nera duxit*

*Per flamen sacrum cœlicus ille Pater.
Hinc radios etiam per cœca pericula
noetis*

*In tribus æthereâ pandere gestis ope:
Macte animo, crescas, vitęq; & honore
superstes*

*Instilles Christum promtus ubique,
precor!*

Lmq; f.

Augustus Pfeiffer;
D.P.P.

Dum

(o)

Dum maximum, quod præsttit
mortalibus
DEI ac Mariæ Filius castissimæ,
Benefactum, acuta mente scriptoque;
asseris
Pererudito, mihi RHEGENI; vin-
dicas
Nostræ salutis CHRISTI IESU.
gloriam,
Verumque pariter Christianum.
Te probas,
Verbo DEI qui nitier mavult sui,
Cerebrina quam Socinianæ dog-
mata
Sequi cohortis. Hanc fidem in Te
roboret
Quæ cuncta pollet, Trinitas, magis
ac magis,
Et roboratum in regna cœli olim
evehat!

L. A. Rechenberg,
P.P.

† 3

Ad

¶(o)¶

*AD sanctam Conversē fidem sacra
illa tueris.*

*Dogmata, quēis animum scis fa-
turate tuum.*

*Gratulor, & fidei precor, indubitata
reportes*


*Præmia, sic illie, hicq; beatus e-
ris.*

Brevi hoc versu, affectu tamen
prolixo adplaudebat Cla-
rissimo Editori, Fautori
& Amico suo honorati-
fimo,

Gottlob Frideric. Selig-
mann/ S. Theol. Lic. & ad D.
Nicol. Ecclesiast. & Colle-
giat.

Nuper aperta tibi est nostræ
Oeconomia salutis,
Hanc animo & calamo Te bene
nosse probas.

Con-



Conversus quia jam dum versas ve-
ra, Socini

Insimul invertis dogmata falsa
manu.

Te vicit Christus, reprobum Tu
vicos in ipso.

Et victus simul & victor honore
pari es.

Strenua nunc quare & pietas tua,
gaudia cœlo,

Et tua docta piis litera reddit
humi.

*Paucis hisce
Clarissimo Dissertationis hujus
Autori,*

*Fautoris suo atque Amico
animitus dilecto,
egregium pietatis simul ac eru-
ditionis specimen
gratulari
votuit, debuit*

M. Johannes Günther/
SS.Th.Bacc.Fac.Phil.Affess.
& Conc.Sabbath, ad D. Nic.

○(o)○

INfausti quondam imbiberas infau-
sta Socini

Dogmata, Tartare & noctis oborta
fatu.

Dogmata Doct̄orum vanis intexta
labore

Commentis, variis ficta reficta
dolis.

Hinc oculos claudens divini ad lu-
mina verbi,

Nostræ osor sanæ religionis eras.

Ast postquam circum mentem, que
mira Zehovæ

Gratia, lux fulsit, lux operata
fuit.


Doctrinæ CHRISTI sanæ conscribere
summam

Cœpisti, sanæ religionis opus.

Perspicuā sacra sensa DEI, secus at-
que Socini

Tradiderant socii, quod ratione
docet.

Nempe




Nempe anima morbum & Medicum
benè nosse salutis
Cardo est, ex sanctis tradis u-
trumque libris.

Peccati sordes aeternā morte pian-
das,
Christum divinā carne luisse do-
ces.

Macte igitur, studiog̃ Tuo fac plu-
ra sequantur,
Sancta hujus fidei post monumen-
ta Tua.

Ita Clariss. Dn. AUTORI, Amico
suo honoratissimo, de feliciter
agnitâ veritate Evangelicâ, e-
jusdemq; eruditô scriptô An-
ti-Socinianô factâ confessio-
ne, ex animo gratulatus, læ-
tabundus applaudebat

M. Joh. Heinr. Wolff/
SS.Theol.Baccal.



305

Widerstand zu tun, und

die Feinde zu besiegen.

Und er schreibt: Es ist ein

großer Krieg, der gegen

uns ist, und es ist eine

große Sache, die wir zu

versetzen sind, und es ist

ein großer Krieg, der gegen

uns ist, und es ist eine

große Sache, die wir zu

versetzen sind, und es ist

ein großer Krieg, der gegen

uns ist, und es ist eine

große Sache, die wir zu

versetzen sind, und es ist

ein großer Krieg, der gegen

uns ist, und es ist eine

große Sache, die wir zu

versetzen sind, und es ist

ein großer Krieg, der gegen

uns ist, und es ist eine

große Sache, die wir zu

versetzen sind, und es ist

ein großer Krieg, der gegen


uns ist, und es ist eine

große Sache, die wir zu

CORRIGENDA.

In p̄fatione ad Lectorem fac. 8. pro
sodalo lege sedulo. Pag. 120. pro
eundem, lege idem. Reliqua, quæ
festinantis lectoris oculis non oc-
currerunt, benevoli Lectoris in-
dustriæ & humanitati emenda-
da commendamus.

1. AGATHIAS
2. AGATHIAS
3. AGATHIAS
4. AGATHIAS
5. AGATHIAS
6. AGATHIAS
7. AGATHIAS
8. AGATHIAS
9. AGATHIAS
10. AGATHIAS
11. AGATHIAS
12. AGATHIAS
13. AGATHIAS
14. AGATHIAS
15. AGATHIAS
16. AGATHIAS
17. AGATHIAS
18. AGATHIAS
19. AGATHIAS
20. AGATHIAS
21. AGATHIAS
22. AGATHIAS
23. AGATHIAS
24. AGATHIAS
25. AGATHIAS
26. AGATHIAS
27. AGATHIAS
28. AGATHIAS
29. AGATHIAS
30. AGATHIAS
31. AGATHIAS
32. AGATHIAS
33. AGATHIAS
34. AGATHIAS
35. AGATHIAS
36. AGATHIAS
37. AGATHIAS
38. AGATHIAS
39. AGATHIAS
40. AGATHIAS
41. AGATHIAS
42. AGATHIAS
43. AGATHIAS
44. AGATHIAS
45. AGATHIAS
46. AGATHIAS
47. AGATHIAS
48. AGATHIAS
49. AGATHIAS
50. AGATHIAS
51. AGATHIAS
52. AGATHIAS
53. AGATHIAS
54. AGATHIAS
55. AGATHIAS
56. AGATHIAS
57. AGATHIAS
58. AGATHIAS
59. AGATHIAS
60. AGATHIAS
61. AGATHIAS
62. AGATHIAS
63. AGATHIAS
64. AGATHIAS
65. AGATHIAS
66. AGATHIAS
67. AGATHIAS
68. AGATHIAS
69. AGATHIAS
70. AGATHIAS
71. AGATHIAS
72. AGATHIAS
73. AGATHIAS
74. AGATHIAS
75. AGATHIAS
76. AGATHIAS
77. AGATHIAS
78. AGATHIAS
79. AGATHIAS
80. AGATHIAS
81. AGATHIAS
82. AGATHIAS
83. AGATHIAS
84. AGATHIAS
85. AGATHIAS
86. AGATHIAS
87. AGATHIAS
88. AGATHIAS
89. AGATHIAS
90. AGATHIAS
91. AGATHIAS
92. AGATHIAS
93. AGATHIAS
94. AGATHIAS
95. AGATHIAS
96. AGATHIAS
97. AGATHIAS
98. AGATHIAS
99. AGATHIAS
100. AGATHIAS



Jo. BENEDICTUS
CARPZOV,

SS. Theol. Doctor, ejusdem-
que Prof. Publ. & Pastor in Acade-
miâ & Ecclesiâ Lipsiensi,

S. P. D.

PAULO (qvondam Mi-
chaëli) RHEGENIO,

γνωσίω τέκνῳ ἐν πίστι.

Q Vò ego te timidius in
Ecclesiæ gremium re-
cepí, Rhegeni optime, cùm
* extra

extra Ecclesiam natus atque
à puerō Socinianorum, sectæ
omnium quas sol videt pesti-
lentissimæ, veneno infectus
Claudiopoli è Transylvania,
quæ nidus est istorum homi-
num, posito in Electorali no-
strâ Dresda conversionis ty-
rocinio, ad nos accederes;
eò te nunc impensius amo,
postquam ardorem mentis
tuæ ad cognoscendam veri-
tatem divinitus revelatam,
& sacrarum non minus lite-
rarum, quam feriæ pietatis
studia tua propius introspxi.
Accedit hoc specimen, quod
in præsentia primùm post
conversionem edis, non eru-
ditio-

(o)

ditionis modò, qvam in eo
probas haud proletariam,
sed & sinceritatis ac omnino
tale, qvale decebat hominem
liberaliter eruditum, qvi re-
ligionem ex orco revocatam,
horrendam, blasphemam,
ipsorumqve Judæorum &
Mahomedanorum perfidiâ
deteriorem, cui inde ab
incunabulis addictus fue-
rat, divinâ illuminatus gra-
tiâ renunciasset. Nam in i-
psam Socinianorum acro-
polin invadis, & Oecono-
miam redēptionis nostræ
per CHRISTUM factæ so-
lidis argumentis demonstras,
atqve detestabiles execran-

*2 dos

dosqve errores de peccato
 originali, de persona & of-
 ficio Christi, de causâ mor-
 tis ejus, de satisfactione &
 merito, non retegis tantum,
 qvod nemo te, qvi illos cum
 lacte nutricis sumferas, præ-
 stare poterat felicius, ve-
 rûm etiam salubriora edo-
 ctus rejicis, confutas, da-
 manas, totumqve adeò Pal-
 ladium corum subruis. Di-
 gnus profectò labor, qvi plu-
 rimis theologiæ Cultoribus
 in primis commendetur. E-
 qvidem lectori tuo admirati-
 onem forte movebit, cùm tot
 elogiis abs te ornari docto-
 res olim tuos conspiciet, cùm

te

◎(o)◎

te præcone audiet zelo eos
& devotione admirabiliter
flagrare, cùm ipsorum pietatē,
cùm admirabilem eruditōnē,
excellentissimōrumq̄ve ingeniorum fœtus,
cùm præclara in te merita
fentiet laudari, immò cùm
Unitarios te fratrūm dile-
ctissimorum titulo ample-
xari leget. Siccine eos cen-
seas, è qvorum paludibus
non limpidam salutaris do-
ctrinæ, qvam promittebant,
sed tēterrimum virus haufe-
ras? qvi zelo Dei, sed non
nāt' ἐπίγνωσιν; qvi devotio-
ne, sed idololatricā; qvi pi-
etate, sed omni fide destitu-

*3 cā

❧ (o) ❧

tā flagrant? qvorum manu-
ductio, nisi Deus clementis-
simè eripuisset, te detrusis-
set tandem in tenebricosum
mali dæmonis ergastulum?
At enim verò hæc tuam pi-
etatem loqvuntur & mode-
stiam, qvi cùm nunquam
dememinisse beneficiorum
possis, qvæ à benefactorum
animo, non ab infelici even-
tu æstimas, benè de iis spe-
ras jam Præceptorum tuo-
rum doctor, ut de iisdem,
modò ne ipsi nolint, præcla-
rius merearis. Qvalis erat
Apostoli, cuius tu ad verum
Deum conversus cum reli-
gione nomen suscepisti, mo-
dera-



deratio, etiam anathema es-
se à Christo pro fratribus
suis, cognatis suis secundùm
carnem cupientis, omnem
cæterà adulationem, blan-
ditias, assentationem æqvè
ac τὸ ἐτεροζυγῖν ἀπίσοις a-
versati, neqve fraternalm a-
liam necessitudinem admit-
tentis, qvām simplex ratio
divinæ veritatis ferebat. Ita
tu, Rhegeni doctissime, ni-
hil de veritate vis deroga-
tum. Recordaris eqvidem,
qvid tuus sed olim tuus O-
storodus institutionibus suis
communi suorum nomine
præfatus sit, quantum ex a-
nimo unumquemque pro fra-

*4

tre

¶(o)¶

tre habere desiderent, quamvis in multis sapè non conueniet, modo Christum Dominum ac Salvatorem agnoscat, & propterea mandatis ejus obediatur, illumq; adoret; quid Valentinus item Smalcius conetur, ut persuadet nobis, ne se ac suos temerè, ut ait, condemnemus: Deus, inquit, nobis cum omnibus idem est, & nullam religionem præter Christi amplectimur. Alia verò tibi cognita fuit hodie, & perspectum satis est, quam non temerè condementur à nobis Sociniani, qvos non eundem cum omnibus De-

um


um colere, non Christi religionem amplecti, non Christum Dominum ac Salvatorem agnoscere, non Christi mandatis obedire, non Christum adorare, probè exploratum habes. Qui verum Deum quæso venerateur, quem sibi fingunt alium, quam se revelavit, μονυπόσαλον, idolum mentis suæ? qui Christum agnoscant, cuius divinam naturam labefactant modis omnibus, non aliud quam ψιλάνθεωπον professi? qui Christi mandata servent, cuius sacramenta inficiantur, & in nudas ceremonias con-

ver-

◎(o)◎

vertunt ? qvî Christum ad-
orent, cuius Spirirum bla-
phemant ? Qvæ denique
spes salutis conseqvendæ iis
superest, qvando omne fun-
damentum spei funditus e-
vertunt, qvando Christi sa-
tisfactionem, qvando ex-
piationem peccatorum no-
strorum, qvando Dei re-
conciliationem, qvando in-
tercessionem Sacerdotis no-
stri ad dextram Dei exal-
tati, qvando corporum no-
strorum resurrectionem, ne-
gant & pernegant ? Atqve
utinam hi fratres qvondam
tui tuum imitati exemplum
agnitis deploratisqve & ab-
jura-

juratis erroribus suis ad
Christi Ecclesiam se recipiant , næ illi fratres nobis
futuri essent, æqvè ut tu, charissimi , immò verò etiam
Christi fratres & cohæredes ;
qvalem tibi , Paule regenite,
felicitatem uti ex animo gra-
tulamur , ita certò pollice-
mur , si certamen bonum
decertaveris , si cursum con-
summayeris , si fidem ser-
vaveris , repositum tibi iri
justitiæ coronam , qvam
reddet tibi Dominus in il-
lo die , justus judex , nec
solùm tibi , sed & omni-
bus , qvi diligunt adven-
tum



tum ipsius. Vale. Scribe-
bam Lipsiæ, mense Augusto,
A.R.S.M DC LXXXIX.



I. N. D.

SUMMARIA DISSERTATIO

De

OECONOMIA
REDEMPTIONIS NO-
STRÆ PER CHRISTUM
PARTÆ.

PROLEGOMENA

De

Diversa Oeconomia,
Fœderum.

I.

Quemadmodum vide-
mus, bonum Patremfami-
lias multa in domo sua or-
dinare & constituere ; sic summus
ille Despotes, in magna hac mundi
domo, multa pro arbitrio ac volun-
tate facit. Disponit enim tempo-
ra, & suis qvæq; temporibus agit,
prout illi visum est.

A

II.

II. Videmus hoc ipsum in Oeconomia fœderum, fuit enim ibi tempus præcedens, sive tempus statutum, qvod tempus severitatis, infantiae, jugi ac ceremoniarum erat, ubi Ecclesiæ infantia & adolescencia, ut sic dicam, diu circa matrem suam lactata, ac Cananeæ finibus conclusa fuit, templi umbris ac figuris sese oblectare, ac veluti per transennam Salvatorem suum de longinqvo tantum prospicere necesse habuit.

III. Sed fuit etiam tempus, qvod illud conseqvutum est, tempus videlicet libertatis, gratiæ, ac beatum Novi Testamenti sæculum. Ubi jam clarior & illustrior rerum facies aperitur, & qvicqvad in occulto hactenus latuerat, in apertum producitur, & salutis humanæ opus, dignissimo maximeq; decoro Deo modo absolvitur.

IV.

IV. Juxta hæc diversa tempora,,
 videmus diversa quoq; Ecclesiæ fa-
 ta, diversum ejus regimen ac Oecon-
 omiam summi nostri Despotes.
 Ad prius enim tempus pertinet
 spes & expectatio Messiæ. Unde fi-
 deles ejus ætatis sperantes in Chri-
 stum dicuntur, Eph. I, 12. Ad secun-
 dum tempus pertinet fides & gau-
 dium de Christo revelato. Ante-
 quam enim venisset fides, *sub lege*
custodiebamur conclusi in fidem, quæ
futurum erat, ut revelaretur, Gal.
 III, 23. Duplex enim erat Dei pro-
 positum de hæreditate Ecclesiæ
 danda, prout Deus eam vel in typo,
 & sub umbris figurisq; ostentare,
 interimq; Ecclesiam suam exerce-
 re, vel nudam perfectamq; exhibe-
 re decreverat.

V. Hinc posterius hoc tempus
 appellatur tempus Novi Fœderis,
 de quo Jer. XXXI, 31. *Ecce dies veni-*

unt, ait Jehovah, & ponam cum domo Iudeæ fœdus novum. Novum autem appellatur, temporis cum antecedentis, tum præsertim subsequentis ratione: Ratione temporis antecedentis, quia Veteri Testamento antiquato in locum ejus successit. In eo enim, quod dixit Novum, antiquavit primum; quod autem antiquatur & senescit, prope abolitionem est, Heb. VIII, 13. Ratione subsequentis Novum appellatur, quia ulteriori innovationi, ac tertio testamento locus jam nullus est, cum illud morte testatoris obsignatum & immutabile redditum sit. Unde Apostolus, LXX. Interpretes imitatus, rectè hoc Fœdus Testamentum reddidit.

VI. Quemadmodum autem Veteris Testimenti hæreditas victimarum sanguine firmata fuit; ita cœlestis hæc hæreditas Christi morte

te obsignata ac confirmata fuit. Unde apud Zach. IX, 11. *Ecce tu, o Zion, pro sanguine Testamenti tui dimisi vincetos tuos e forea, in qua non est aqua.* Et Hebr. IX, 16. 17. *Ubi Testamentum est, mortem contingere Testatoris necesse est, adeo ut Christus vi Testamenti hujus mortuus sit, tum ut sponsor ac mediator illius, tum etiam ut Testimenti illius auctor ac testator.* Hinc Luc. XXII, 29. dicit ipse Salvator: *Et ego testamento dispono vobis regnum, ut Pater testamento disposuit mihi.* Unde Testimenti utriusq; discrimin elucescit, cum in priore Sacerdotium modo typicum, & vilis pecudum, crux conspiceretur, hic autem ipse Testimenti conditor, ejusdem mediator, ipseq; sacerdos, & victima factus ac conversus in premium Deus. *Christus enim per se ipsum purgatione facta peccatorum nostrorum*

A 3 rum

rum, consedit ad dextram magnitudinis in alto , Hebr. I, 3. Ad pascendum Ecclesiam DEI, quam per sanguinem proprium acquisivit, Actor. XX, 28.

VII. Ex hac jam, ut cum Paulo Apostolo loquar, plena temporum præstitutorum dispensatione, varia bona ac prærogativa Novi Fœderis præ Veteri, promanant. Primum est, perfecta & omnibus numeris absoluta justitia, quam Dominus Jesus, sponsor ac mediator noster, sanguine suo paravit, cum pro humano genere victima factus peccatum totius terræ, uno die, Zach. III, 9. hoc est, uno sacrificio, Hebr. IX, 28. delevit, ut nihil ex veteri maledictione, ac multiplici illa iræ specie, nunc supersit, quod fidelium spem atq; fidem concutere possit. Secundum est remissio peccatorum, & Tertium hanc comitans

con-

consummatio, ut etiam effusio Spiritus adoptionis; à quo spiritu, ac divino illius ductu, Quartò major ac perfectior Ecclesiæ istius oritur sanctitas. Cum ejus sit inscribere leges in corda fidelium, adeò ut lex jam non in saxo aut lapide tantum extet, & merè litera sit, sed pretiosioribus tabulis, intimisq; cordis nostri fibris insculpta, ipsum nostrum animum vivam loquentemque legem faciat, juxta illud Pauli 2. Cor. III, 3. & Petri Actor. XI, 17. 18. Tum pax interna & externa. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utrumque unum, (nempe Judeos & Gentiles) & medium parietem maceris solvens, inimicitiam in carne sua legem mandatorum decretis evacuans; ut duos condat in se ipso, in unum novum hominem, faciens pacem,* Eph. II, 14. Nec istud tantum, sed etiam beatos Angelos, cœli in-

colas, qui impiis & idololatris hominibus inimici erant, illis reconciliavit, qua de causa ad Col. I, 20. dicitur, *reconciliata esse tum quæ in terris, tum quæ in cœlis sunt.* Maximè autem *libertas* reliquorum bonorum ceu compendium, ita ut nunc omnimoda obtineat libertas, libertas inquam, à legis dominatu, sævisq; iussis, quibus peccatorem terrebatur, ab infinito illo & inexplicabili ceremoniarum jugo & one-re, quin etiam à timore mortis, jux-ta illud Apostoli ad Heb. II, 15.

VIII. Administravit autem hanc suam Oeconomiam sapientissimus Deus per Filium suum, à quo etiam solo omnis nostra salus pendet, & in illo consummatur. Imò ipse Christus ut sponsor ac mediator Novi Fœderis, in hujus Oeconomiæ administratione perficitur, quando non solum consummatum est,

est, quicquid Prophetarum vaticinia prædixerant, sed ipse hactenus consummatus fuit Christus; Mortem enim gustare pro omnibus debebat, & hâc ratione princeps salutis per passiones consummari, Heb. II, 9.10.

IX. Cum autem inter omnia divinissima mysteria Christianæ Religionis nullum sit aut profundius abditum, aut densioribus opinione tenebris involutum; & quod si ullus hic certè articulus tanti sit momenti, ut sive majestatem cognitionis spectes, nullus eo angustius ac sublimius; sive ubertatem emolumentorum ex cognito manantium, nullum sit fœcundius ac fructuosius, adeò ut ejus fundamento benè vel malè posito, etiam salubris vel venenosus succus, per integrum religionem dispergatur, hoc autem salvo, salva ferè sint, &

A § in

in tuto reliqua doctrinæ capita, di-
 moto autem, mox reliqui religio-
 nis articuli præcipites ruant, operæ
 pretium duxi, hujus Oeconomiaæ
 administrationem, in signum con-
 fortii mei Religiosi, unius ejus-
 demq; lucis Evangelicæ, atq; hinc
 haustæ spei & vitæ æternæ, cum o-
 mnibus piis & Christianis Fratribus
 Evangelico-Lutheranam Religio-
 nem amplectentibus; in timore
 Domini breviter, non quidem pro
 materiae dignitate, cui me insuffici-
 entem esse deprehendo, verum
 pro ingenii mei inexercitati mo-
 dulo investigare. Deus autem Spi-
 ritu suo sancto ita mentem & cala-
 mum meum regat, ut nihil cogi-
 tem, aut scribam, quod sacro-san-
 cto ejus verbo & veritati, quæ est
 secundum pietatem, ulla ex parte
 adversetur, sed ut cedat in sum-
 mai ejus nominis gloriam, regni
 ejus

ejus amplificationem & confirmationem, voluntatis sanctissimæ ad impletionem, & plurimarum animalium æternam salutem.

X. Antequam autem ad pleniorum tractationem deveniam, scendum nobis, in quo consistat hæc Oeconomia Redemptionis nostræ. Consistit ergo in eo; quod cū Deus misericordiam generis humani cerneret, in quam per astutiam Diaboli incidenterat, ea, ex propensissimo, quo in eum propendet affectu, moveretur, ut nos ex servitute peccati & morte æternâ, cui propter peccata obnoxii eramus, liberaret, sed obstante à parte Dei, justitia ejus, à parte nostra obstantibus peccatis, quæ pœnam merebantur, attamen ut hoc misericordiae atque justitiae augustissimum opus ad finem produceretur, constituit, ut Filius suus in mundum veniret, & in carne as-

sumta volens diram crucis mortem
ferendo pœnas pro peccatis nostris
penderet, ut salvâ justitiae divinæ
demonstratione, intercedente ve-
râ fide, à pœna mortis æternæ libe-
raremur. Atq; hoc est eximium
illud opus Novæ Creationis, seu
Redemptionis per Christum per-
fectum.

XI. Quod ut plenius à nobis in-
telligatur, quatuor in hoc opere
breviter tamen & quasi summatim
considerabimus:

*Primo, Causam occasionalem hu-
jus operis.*

Secundo, Causam impulsivam.

*Tertio, Ipsum Redemptorem pro-
xime, cuius interventu opus
hoc peractum est.*

*Quarto, Ipsum opus Redemptio-
nis.*

CAPUT

◎(13)◎

CAPUT I.

*De Causa occasionali operis
Redemptionis.*

L.

Occasio hujus operis describitur passim in sacris literis, duplex totius humani generis miseria; Peccatum nimirum, & mors æterna, in quam liberrima & ultronea legum divinarum transgressione, nulla vi externa, nulla necessitate interna adactum, semetipsum præcipitaverat. Ubi considerandum nobis venit, *Primo*, quæ & qualis hæc miseria fuerit, *Secundo* quanta fuerit; *Tertio*, unde profecta fuerit.

II. Quod primum attinet, quæ nimirum, & qualis hæc miseria fuerit, seu in quo constiterit: Dicimus eam constitisse in amissione divinæ imaginis per peccatum primi

A 7 nostri

nostri parentis; tūm in hæreditaria,
intellectus, voluntatis , omniumq;
animæ facultatum corruptione, à
primo Adami peccato orta, qua o-
mnes homines ab illo naturaliter
propagati, sunt proclives ad omne
malum, & inutiles ad omne bo-
num, consequenter digni morte &
damnatione secundum justum Dei
judicium.

III. Quod primi nostri parentes
graviter peccarint, nullum est du-
bium, & in eo omnes cuicunque
demum religioni addicti, conveni-
unt : Etenim transgressi fuerunt
Dei mandatum, pœna mortis sanc-
tum, vetantis esum arboris scientiæ
boni & mali. Gen.XI,17. Unde non
solum amisit illam imaginem divi-
nam, ad quam conditus fuerat, hoc
est, eximiam sapientiam in mente,
per quam Deum, & res divinas cla-
re cognosceret ; perfectam justiti-
am

am in voluntate, qua se alacriter o-
mnibus Dei mandatis subjiceret, &
perfectam sanctitatem affectuum,
qua voluntatis imperio parerent,
ne unquam in contrarium niteren-
tur; sed etiam cum antea immorta-
lis esset, hoc est, ita esset constitu-
tus, ut potuerit non mori per solam
naturam, sine speciali Dei auxilio;
tum quod non potuerit mori ex in-
trinsico naturæ defectu, hypothetice:
Stipendium peccati sibi adfici-
vit, i.e. mortem introduxit, & sic se
morti obnoxium reddidit: Per ho-
minem enim mors i. Cor. XV, 21.

IV. Hominem ad imaginem Dei
creatum fuisse, non minus apud o-
mnes in confessu est ex Gen. I, 27.
Imaginem autem hanc Dei consti-
tisse, in perfecta sapientia, justitia,
sanctitate, & immortalitate, hoc est
quod maximè inter nos affirman-
tes, & Dominos unitarios negantes,
con-

controvertitur. Quia tamen ipse
 nullam solidam atque in scriptura
 sacra fundatam rationem adduce-
 re valent suæ negationis; rei verita-
 tem à parte nostra stare, scripturam
 sequentens, firmissimis rationibus
 & argumentis ob oculum ponere
 nobis non est difficile. In eo c-
 enim, in quo homo ad imaginem
 creatoris sui renovatur, consistit
 Imago DEi; At verò in agnitione
 DEi renovatur homo ad imagi-
 nem creatoris sui Apostolo teste ad
 Col. III, 10. Præterea idem Aposto-
 lis hortatur Epheseos Epist. IV, 24.
 ut adspirent atque renoventur, in-
 talem hominem, sive ad eam ima-
 ginem, quæ secundum DEum coi-
 ditus est; At homo adspirare debet
 ad eam imaginem, quæ in justitia &
 sanctitate veritatis consistit. Et
 deinde, quod præcipuum est in ho-
 mine inter ejus qualitates & affe-
 ctio-

ctiones, illud assignandum est cetero
formale imaginis divinæ homini
concreatæ, sed quid magis præcipu-
um est in homine sapientia, & clara
rerum cognitione, ratione intelle-
ctus, & perfecta justitia ac sanctita-
te, ratione voluntatis & affectuū, er-
go revera etiam Sapientia ac Justi-
tia, & Sanctitas est assignanda, cetero
formale imaginis divinæ. Sed ut
argumenta argumentis accumule-
mus, expressissime dicitur, quod
Deus considerit omnia valde bo-
na. Gen. I, 31. quomodo autem po-
set homo dici valde bonus, si labo-
rasset summa ignorantia, instar in-
fantis, si caruissest innocentia, ac ju-
stitia originali; aut propensus fuisse
ad pravas cupiditates. Oportet
igitur hominem in sapientia & ju-
stitia conditum fuisse. Jam autem
si justus, sapiens, sanctus, creatus fu-
it, etiam immortalis esse debuit.

Mor-

Mortalitatis enim actus, est actus
poenalis posita transgressione, futu-
rus. Ergo nec potentia proxima
hujus actus ante transgressionem
locum habuit, nam cum morti non
nisi per peccatum obnoxius fuerit,
per naturam esse non potuit; prius
patet ex Epist. ad Rom. V, 17. Etsi
mors & mortalitas esset naturalis,
Deum mortem fecisse dicendum
esset. At Deus mortem non fecit
Sap. I, 13.

V. Hinc quivis facili negotio a-
nimadvertere potest, miserè hic à
veritatis tramite aberrare Uni-
tarios, imaginem primi hominis in
justitia, sanctitate, sapientia ac im-
mortalitate consistere temere per-
negantes; & solū in Dominio, quod
Deus homini dedit in omnia illa,
quæ orbe terrarum continentur,
illam sitam esse afferentes, quod
inde colligunt, quia DEus homi-
nem

nem conditurus dixerit : *Faciamus hominem in imagine nostra, ad similitudinem nostram, & dominetur pisibus maris, & volucribus cœli, atque jumentis, & toti terræ, omniq[ue] reptili reptanti super terram.* Postrema enim verba & dominetur, putant exeges eos causa Deum præcedentibus addidisse, ad significandum, qua in re constitutura esset imago, & similitudo illa sui, ad quam hominem condere decreverat. Et quia beneficio præcipue rationis homo ad dominium istud exercendum aptum statuunt, ideo etiam rationem, ad imaginis divinæ, secundum quam factus est, constitutionem pertinere, imo illius fundamentum esse perseveranter affirmant.

VI. Unde Socinus libro, cui titulus: *Quod regni Poloniæ, & Magni Ducatus Litu: Cap.V. §. II. secundi*

cundi generis errorem facit Evangelicorum, quod Adamo ante peccatum justitiam quandam originalem tribuant, quam videlicet simul atque creatus est, ex Dei gratia habuerit. Unde alibi, istam sapientiam rerum divinarum, & sanctimoniam quam Adamo ante lapsum tribuimus, *ideam quandam esse ex cerebro nostro natam, de qua ne yō quidem in sacris literis extet afferere non veretur.* Simplicitatem inquit, *& innocentiam si tribuamus Adamo ante lapsum satis supergē esse.* Christophorus Ostorodus Goslariensis in Institutione sua Germanica Cap. XXXIII. fol. 264. quasi confessionem publicam edens, inquit : Wir halten dafür/ daß die Gleichnis und das Bild nach welchen der Mensch geschaffen/erstlich und zwar fürnemlich die Herrschafft sey/ welche Gott dem Menschen über die anderen Ereaturen

aturen gegeben/wie leichtlich zu sehen
 Gen. I, 26. darnach die Vernunft/dein
 ohne derselben Gebrauch/keiner über
 die geschaffene Dinge wird herrschen
 können. Et in Cathechesi Raco-
 viana Cap. I. De via salutis fol. 22.
Gottes Ebenbild bedeutet die
 Macht und Herrschaft des Men-
 schen/die er auff Erden hat über alles
 Geschäft. Sed si hoc verum est,
 quomodo dicit Smalcius contra
 Franzium p. 52. quod homo per pec-
 catum amiserit dominium, cum ta-
 men imaginem Dei ex eorum sen-
 tentia non amiserit. Deinde non
 satis videntur animadvertisse boni
 homines, in eo, quod salva imagine
 Dei, ad quam homo conditus est, a-
 mitti potest, imaginem consistere
 neutiquam posse. Et quod Imago
 Dei restituatur nobis in regenera-
 tione atque renovatione quo ad
 præcipuas sui partes, sed domini-
 um

um per peccatum amissum nobis non restituitur. Ergo revera in Dominio imago ista non consistit. Sed nec in facultate rationali constitutio imaginis divinæ consistit: quia illa facultas est homini substantiale quid, nec amissa est, nec ad eam renovamur, imago autem Dei fuit accidentalis perfectio hominis, quæ amissa est, & ad eam renova- mur.

VII. Quod autem Domini Unitarii imaginem DEI, ad quam homo creatus est, inficientur in justitia & sanctitate constitisse, scio hanc esse palmariam eorum rationem: Nam inquiūt, hac ratione impecabilis etiam creari debuisset. Eatenuis enim ajunt, est Deus bonus & justus, quatenus malus & injustus esse non potest: Sed impecabilis creatus non fuit, quia potuit peccare, adde, potuit etiam non pec-

peccare. Sed Respondeo : Scire hic optimos fratres debere, ab impeccabilitate absoluta & immutabili, ad limitatam non procedere argumentum: Et si valeret hæc argumentatio : Homo non habuit illam impeccabilitatem, ut sic loquar, qualis in Deo est, immutabilem nimirum & illimitatam ; Ergo imaginem Dei illam, quæ in justitia & bonitate consistit, & ad quam hominem creatum dicimus, non habuit : Valebit etiam ista argumentatio : Homo non habuit dominium quale in DEO est, absolutum / scilicet, independens, illimitatum : Ergo, imago Dei in Dominio, prout tamen ipsi Domini Unitarii volunt, non consistet. Sed sciendum tamen est, Adamum omnino creatum fuisse impeccabilem hypothetice, id est, si facultatibus animæ ipsi datis ad normam rectæ rationis ueteretur.

VIII.

VIII. Sed objiciunt: Si in eo di-
vina imago & similitudo in homi-
ne fuisset , quod justus creatus est,
certe post peccatum imago illa de-
leta in homine fuisset, at verò et-
iam post peccatum homo ad ima-
ginem DEi factus esse clare dicitur
Gen. IX, 6. Jac. III, 9. Respondeo
loca citata neutiquam innuere
nos adhuc imaginem Dei habere,
sed dicunt solum hominem ad ima-
ginem Dei conditum fuisse. Com-
mendatur enim in his locis emi-
nentia hominis, quem Deus ad sui
imaginem condere dignatus est;
Unde minime sequitur, quod ea
adhuc prædicti simus aut eam gera-
mus. Hanc autem imaginem a-
missam esse patet; quia quicquid
renovatur, hoc prius amissum est,
Imaginem Dei renovari patet ex
Eph. IV, 24. Col. III, 10. Deinde
imago Dei propaganda erat in po-

steros per generationem; si autem adhuc amissa non esset illa imago, omnes homines nascerentur filii Dei, non filii iræ, sed proh dolor! hoc posterius fieri patet ex Epist. ad Eph. II, 3. Joh. III, 5.

IX. Sed ne prolixiores hîc simus, acturi de his singulis, si Dominus annuerit fusiùs, *in Summa doctrinae Unitariorum;* Videamus jam breviter, quanta fuerit hæc miseria, seu quâm latè diffusa: Si Dominos Unitarios interrogaveris, procul omnî dubio antiquum adhuc tenentes, respondebunt cum Socino & Crellio, & cum moderno Episcopo Claudiop. Dno. Daniele Sz. Ivanio, summæ eruditionis Viro, Præceptore & Patrono quondam meo observando, ex Tractatu de Peccato Originis: Personalem eam solum fuisse. Socinus Prælectionum Theologicarum Cap. IV. ubi to-

B tus

tus in eo est, ut neget peccatum originale dari, vel si etiam detur, ab Adamo propagari, hunc in modum scribit: *Cum queritur: An sit peccatum originale? idem est, ac si quereretur: Ultrum homines cum nascerentur, eo quod ab Adamo originem ducunt, propter ipsius lapsum, culpam aliquam aut paenam contrahant, vel alicui culpe aut paenae sint obnoxii?* Quocirca cum ad culpam constituendam propria voluntas ejus, qui in culpa futurus sit, requiratur; paena vero sine antecedente culpa esse non possit, nullo modo videtur dici posse, in homine dum nascitur, ullam sive culpam sive paenam locum habere posse, cum is propriae voluntatis tunc nullum usum habeat, nec ante haec habere potuerit. Sic Jonas Slichtingius cum Crellio: *Adami peccatum, inquit, posteros minimè peccati reos facit.*

X. Nos

(27)

X. Nos verò universalem fuisse,
& homines cum nascuntur, eo
quod ab Adamo originem ducunt,
propter illius lapsum, culpam, &
consequenter poenam contrahere,
neque ad culpam constituendam
requiri ut sit voluntaria, ex sacris li-
teris afferere non dubitamus.

XI. Universalem fuisse patet,
quia totum genus humanum in
primo parente, ceu communi stir-
pe lapsum est & peccavit. Quicun-
que enim à peccatoribus consveto
naturæ ordine nascuntur, illi pec-
cato inficiuntur, quicquid enim ex
carne natum est, caro est, Joh. III, 6.
Deinde qui causa est, ut homines
peccatores nascantur, ille totum
genus humanum infecisse censem-
dus est: At verò Adamus lapsu suo
causa est, ut omnes homines pec-
catores nascantur, *condemnatio e-*
nim ex uno homine, ex Rom. V, 16. &

B 2 per

per, vel juxta Slichtingum, propter
 unius delictum super omnes homi-
 nes venit condemnatio , vers. 19.
 item per vel propter inobedientiam
 unius hominis peccatores constituti
 sunt multi. Præterea quo peccan-
 te, homines ab ipso naturaliter de-
 scendentes peccarunt, illius pecca-
 tum non personale tantum, sed to-
 tiis generis humani extitit; At A-
 damo peccante omnes homines ab
 ipso naturaliter descendentes pec-
 carunt, Rom. V, 12. Si jam pecca-
 runt, aut in persona propria, aut in
 stirpe sive primo parente peccave-
 runt. At non peccaverunt omnes,
 teste Apostolo Paulo, in persona
 propria. Porrò, aut peccarunt in
 Adamo, imitatione, aut ejus culpæ
 participatione, tertium enim non
 datur. At non imitatione, quia in
 infanteshoc non cadit, ut ex colla-
 tione vers. 19. cum vers. 15. Cap. V.

Epist.

Epist. ad Rom. patet. Sicuti enim
constituimur justi, per obedien-
tiam Christi, non per personalem
justitiam in nobis, ita constituimur
injusti, per inobedientiam Adami,
non per propria peccata persona-
lia.

XII. Quod autem homines
cum nascuntur, eo quod ab Adamo
originem ducunt, propter ipsius
lapsum, culpam, & consequenter
poenam contrahant, hinc patet.
Quia corruptio quædam origina-
ria, seu habitus peccati, ab Adamo
in omnes ejus posteros propagatur,
quæ verè ac propriè peccatum est,
per quam intellectus & voluntas,
omnesq; affectus ita adeò deprava-
ti sunt, ut solummodò in malum
inclinent, imò ut omnes homines
naturā propensi sint ad odium DEI
& proximi. Et consideremus mo-
dò naturam nostram illiusq; corru-

B 3 ptio-

ptionem in proprietatibus operibusq; ipsius, profectò clarè satis patet, nullam creaturam in universa terra existere naturæ adeò venenatæ, quàm unumquemque nostrum. An ergò, eo quod ab Adamo originem ducimus, propter ipsius lapsum, culpam, & consequenter poenam non contrahimus?

XIII. Deinde ipsi Domini Unitarii fatentur in Tractatu de Peccato Originis manuscripto, elaborato à Viro summè docto & pio Daniele Sz. Ivanio, quod Adami peccatum non ipsi soli nocuerit, sed, utpote generis humani radix, omnes posteros iisdem malis, quibus ipse obnoxius fuit, involverit. Fatentur etiam, infantes minus puros nasci, quàm Adamus creatus fuit, & cum quadam propensione ad peccandum: Neque illubentes concedunt, appetitus nostros mi-

nus

nisi esse puros, quam appetitum
 primorum nostrorum parentum
 ante lapsum, in nobis etiam maior-
 rem esse inclinationem ad malum,
 quae proinde levè quādam oblatā
 occasione faciliter exardescit, quin
 & quācunque oblatā occasione
 concupiscentia, in qua proni su-
 mus, facilē accenditur. Jam ergo,
 si est aliqua naturae corruptio, ma-
 gna ad peccatum proclivitas, &
 mala cupiditas, quae nasci cum ho-
 minibus potest, cur non & pecca-
 tum originis dari potest? Exceptio
 reverà eos hīc minimè juvat; quasi
hæc traductio peccati non tam ori-
atur ab Adamo, quam ex priori-
bus nostris parentibus, ex quorū
sanguine formati sumus: Nam si
 istud verum est, qui sit, quod qui-
 dam parentes, qui peccatis indul-
 gendo naturam suam corruperunt,
 aliquando probos progenerent fi-

lios? aut unde sit, quod sancti parentes non semper sanctos gignant liberos. Etsi, ut Smalzius vult, sint quidam homines, qui ab ineunte ætate semper ita se gesserunt, ut peccati nullius habitum contraherent, num etiam illorum nati à peccato planè erunt immunes? Quod cum non sperem illos affirmatos, concludere jure possumus contra Socinum, & alios, qui non satis providè eum sequuntur, quod homines cum nascuntur eo, quod ab Adamo originem ducunt, propter illius lapsum, culpam, & consequenter poenam contrahant.

XIV. Sed tamen, ut Fratres Unitarii assertionem nostram de peccati imputatione, vel de culpa ab Adamo contracta eludere valeant, ab ipsa peccati definitione argumenta quædam deprompta in nos vibrare aggrediuntur, dicentes:

tes: quod omne peccatum poena
dignum debeat esse voluntarium,
 seu à sciente & volente committi:
 Sed culpa, inquiunt, sive peccatum
 originale non est tale; Ergo: &c.
Respondeo, Majorem non esse u-
niversaliter veram, quia peccatum, &
 non est estimandum ex hominis
 voluntate, sed ex DEI lege, cui quic-
 quid repugnat, est *avopia* seu pec-
 catum, i. Joh. III, 4. sive id volun-
 tarium sit, sive non sit. Deinde
 motus concupiscentiae primopri-
 mi non sunt voluntarii simpliciter,
 & tamen peccata esse, liquet ex
 Rom. VII, 7. 8. 9. ubi Apostolus di-
 cit, se nosse ex Lege, concupiscentiam
 esse peccatum, per quam in-
 telligit motus concupiscentiae pri-
 moprimos in lege vetitos præce-
 pto, *non concupisces*. Involunta-
 rios autem esse, liquet ibidem, quia
 v. 15. ait, se non agere quod perpe-
 trat,

trat, (ad eò isti motus ejus approbatione & consensu carebant) sed è contrario, se facere non quod velit, sed quod odit, v. 17, 21. Ad quem locum Slichtingius Tom. I. Comment. fol. 323. sic scribit: *Certè mancipium est alienum ac dominatu alieno cogitur, qui contra animi sententiam ac voluntatem aliquid operatur, alienis jussis istum obsequi, & veluti obtorto collo ad agendum trahi necesse est.* Et liceat mihi hic ex Dominis Unitariis quererere, an illa corruptio, quæ, fatente Ostorodo, Slichtingio, Rever. Szlyvanio, & aliis in omnibus ferè hominibus est, & seminis beneficio in liberos propagatur, peccatum sit nec ne? an voluntaria sit nec ne? peccatum fatetur Slichtingius pag. 224. Tom. I. Comment. Sed reverà etiam voluntariū dici posse & quidem tripli-
ci respectu, patet: 1. Antecedenter
in

◎(35)◎

in Adamo, in cuius natura & voluntate omnes posterorum suorum naturae, ut sic dicam, & voluntates continebantur. 2. *Subjectivè* in ipsis posteris, cum ea sit morbus, ut ipsiusmet intellectus, ita & voluntatis, cui accedit instar ponderis, eam à cœlesti bono ad terrena advertentis. 3. *Consequenter* in omnibus suis actionibus malis, in quantum eos libentissime volunt. Nam cum isti actus omnes mali procedant ex isto nativæ corruptiōnis fonte, illosq; impense velint peccatores, iisq; summoperè delectentur; qui negentur velle causam & radicem, cuius effectus & fructus tām libenter volunt? Et hactenus de quantitate miseriæ. Jam agendum etiam nobis esset de fonte, unde nimirum duplex hæc miseria profecta fuerit in universum genus humanum. Sed quia

ex suprà dictis satis superq; patet,
eam ex primorum nostrorum Pa-
rentum, Adami & Evæ, voluntaria
prævaricatione profluxisse, non pu-
tamus necessum esse, his diutiū
immorari.

CAPUT II.

De Causa Redemptionis im- pulsiva.

I.

ITa jam breviter considerata to-
tius humani generis miseria, tan-
quam occasione operis Redemp-
tionis, sequitur, ut in *causam redem-
ptionis impulsivam internam paucis
inquiramus, quæ dupliciter conside-
rari potest, vel Remotè, vel Proxi-
mè.* *Remotè* considerata causa est
liberrima DEI voluntas, propria
sponte sua mota, nullo alieno con-
filio inducta; nullo hominum be-
nefi-

neficio aut præcedente amore, nulla propria utilitatis spe impulsa. Hinc idcirco Scriptura dicit, hanc gratiam nobis factam, secundum propositum voluntatis DEI, Eph. I, 5. Et secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in seipso, v. 9. Et secundum consilium voluntatis suæ, v. II. secundum propositum suum, 2. Tim. I, 9. Quis enim consiliarius fuit? aut quis prior illi dedit, Et retribuetur ei? Rom. XI, 34. 35. Unde liquet, hunc Dei amorem erga humanum genus esse impromeritum & spontaneum. Vulgaris amor est, amare redamantem; aut à quo beneficiis sis affectus vel beneficia expectes, quiq; ita mutuis beneficiis utrinq; testatus redditur: Deus verò amat homines poenam meritos, à quibus nulla beneficia expectat, quibusq; ipse benefacturus est: qui amor impromeritus ac spontaneus, ac proinde maximus est. II.

II. Proximè considerata causa est misericordia & gratia. Misericordia, quâ impulsus fuit Deus, ut miserrimo generi humano succurrere vellet. Mera enim charitas & misericordia est, quod postquam fœdere legali omnes obnoxii eramus cōdemnationis divinæ, Rom. III, 19. Deus Novum Fœdus, fœdus gratiæ nobiscum fecerit, sponsorem ipse dederit, ejusq; vadimonium & debiti solutionem pro nobis acceptaverit, ac nobis per fidem imputet. Gratia, quâ motus fuit, ut nobis succureret, non modò citra debitum, sed & præter ac contra meritum. *Misericordiam* passim Scriptura huic operi præficit, Luc. I, 78. Eph. II, 4. Rom. XII, 1. 1. Pet. I, 3. ut & *Gratiam*, Eph. I, 63. cap. III, 7. Joh. III, 16. Eph. II, 4. 7. Tit. III, 4.

III. Verum enim verò gratuita hæc misericordia divina conside-

ratione

randa h̄ic venit non simpliciter si-
ve absolutē, sed ut adjunctum sibi
habens temperamentum *Justitiae*
& equitatis divine. Ut ut enim mi-
sericordia & gratia DEUM move-
rent, quā afficiebatur erga creatu-
ram suam miseram, gratiæ egenam,
& inopem, ut eam ex servitute
peccati & satanæ liberaret, ne in æ-
ternum ei pereundum esset; Ta-
men quò minus simpliciter id fie-
ret, obstabat justitia, quā Deus odit
creaturam peccatricem, & suāpte,
propriā culpā miseram, id est, sub
damnatione & dominio peccati
jacentem.

IV. Ut tamen utriusque huic affe-
ctui satisficeret, Deus genus huma-
num in peccatum ac mortem æter-
nam lapsum cernens, Sacrificio ex-
piatorio placari, nec absq; eo pec-
catores recipere debuit. Satisfa-
ctionem enim postulavit pro pec-
catis

catis nostris, & legis impletionem,
 priusquam in gratiam recipere-
 mur, Justitia illa Dei, quæ per Ev-
 angelium revelatur, ex fide in fi-
 dem, Phil. III, 9. Atque hunc in fi-
 nem ipse Redemptorem in mun-
 dum misit, qui non tantum doctrin-
 à suâ homines à peccatis ad Deum
 converteret, sed ut pro eis legem
 impleret, & sacrificio expiatorio
 ipsorum peccata expiaret, ipsosq;
 Deo reconciliaret. Illum enim pre-
 stituit DEUS, ut esset placamentum
 per fidem in sanguine ipsius, ad de-
 monstrationem justitiae suæ propter
 disimulationem peccatorum, quæ
 antecesserunt, Deo illa tolerante: ad
 demonstrationem justitiae suæ præsen-
 ti tempore, ut sit ipse justus & justi-
 ficans eum, qui est ex fide Iesu, Rom.
 III, 25. 26. Quod si autem Deus ex
 affectu misericordiæ absolute ac
 simpliciter remisisset peccata o-
 mnia,

mnia, nullo modo apparuisset effe-
ctus divinæ comminationis, sive
divinæ veracitatis, quā peccatori-
bus mortem destinaverat, seu com-
minatus fuerat. Et quod inde se-
quitur; liber peccati commeatus
semper datus fuisset homini: Si
verò ex justitia & peccati odio De-
us creaturam suam pœnæ subje-
ctam detinuisse, nullus apparuis-
set affectus misericordiæ & gratiæ.
Temperamentum ergò ut fieret,
divina sapientia constituit.

V. Temperamentum autem
hoc in eo consistit, quod Deus hu-
manum genus miserum, quod sub
reatu mortis, & sub peccati princi-
patu ac dominio jacebat, non rede-
mit, nisi interveniente sacrificio
propitiatorio, quo, verâ fide appre-
henso, à reatu mortis illud immu-
ne fieret; & per quotidianam resi-
piscientiam à dominio & jugo pec-
cati

cati liberaretur. Sic enim utriusque
 affectui optimè satisfieri poterat.
 Misericordiae satisfactum est, quia
 ut sacrificium hoc propitiatorium
 fieret, Sacerdote opus erat; at ho-
 mo sacerdotem constituere non
 poterat, quia primò nemo homi-
 num erat, qui non esset reus pœnæ
 suâpte propriâ culpâ: Secundò ne-
 que purus homo hoc sacrificium
 offerre poterat, ad redimendum e-
 nim homines Dei proprio sanguine
 opus erat, Actor. XX, 28. nec frater
 fratrem redimere poterat, Ps. XLIX,
 8. Ergò ut Deus constitueret Sa-
 cerdotem, & ipse offerret Sacrifi-
 cium, necesse erat. Constituit
 autem non aliter, nisi ex liberrima
 sua gratia. Atque hæc est gratia illa
prima divina, quæ pasim in Sacra
 Scriptura tam magnificè prædicatur,
 quando dicitur: *Sic Deus dile-
 xit mundum, ut Filium suum unige-
 nitum*

*natum dederit &c. Joh. III, 16. item:
Commendat Deus charitatem suam
erga nos &c. Röm. V, 8. Neque
etiam, dum homo sub reatu & do-
minio peccati constitutus esset, se
ipsum à reatu, dominio & jugo
liberare poterat ; Tantum enim
abest, ut ipse in Christum credere
ac resipiscere suâpte sponte, & ad
meliorem mentem se conferre
posset, ut contra, quia servus esset
peccati, credere & à peccato resipi-
scere nec voluerit, neque velle po-
tuerit. Gratia ergò divina eum
ut præveniret, & ad credendum at-
que resipiscendum idoneum red-
deret necesse erat.*

VI. Atque hæc est gratia illa di-
vina, quâ Deus dignatus dicitur in
Scriptura genus humanum, quan-
do eum per Evangelium vocavit
ad resipiscentiam & fidem, sub cer-
ta peccatorum omnium per sacer-
dotem

dotem Christum facienda remissione, & apertissimâ immortalis atque vitæ æternæ promissione, Eph. I, 2. 3. 2. Tim. I, 9. Tit. II, II. 12. Cap. III, 4. 5.

VII. Sed & Justitiæ Dei per hoc temperamentum dignissimè satisfactum est. Etenim ut vidimus, quia DEUS suâ naturâ ab æterno perfectissimè & justissimè odit peccatum omne, utpote quòd cum sanctitate & puritate ipsius quam maximè pugnet. In DEO autem peccatum aversari aut odio habere, cum non sit aliud, quam peccatum merito suo velle punire, sequitur, neque naturam, neque justitiam pati, ut legis transgressio sine ulla compensatione justa dimitatur. Ideò Christus sponsor & mediator noster ultrò se in hunc finem totum impendit, legem DEI quam perfectissimè implendo, & se

pro

pro peccatis nostris in premium redemtionis tradendo, unde Esai. LIII. dicitur, quod ob nostra peccata contritus, castigatusq; fuerit, ut nos pacem haberemus, quodg; peccata nostra in ipsum conjecta sint, quod ob iniquitates populi afflictus, animam suam posuerit sacrificium pro nobis, quod peccata nostra portarit.

VIII. Neque haec inter se contrariantur, ut quidem Unitarii Fratres arbitrantur, sacrificium nimirum propitiatorium, quod satisfit iustitiae divinæ, accipere, & gratiam facere, ut manifestè apparet ex Levit. IV.V. ubi sacrificiis propitiatoriis pro delicto, errore, aut peccato, sive privati, sive Principis, sive synagogæ oblatis, adjungitur non tantum effectus expiationis, sed etiam effectus remissionis, cum hac formula, & remittetur ei. Ita & remissio

missio in salutis nostræ negotio sa-
tisfactionem Christi tanquam cau-
sam supponit, & misericordia Pa-
tris non nisi in Filii sanguine natat.
Deus enim per viscera misericor-
diæ non prius remittit peccata,
quàm per Christum reconciliatus.

IX. Sed dices: Quomodo sacri-
ficium propitiatorium dare, & gra-
tiam facere subsistere potest? Qui
enim dat sacrificium, is sibi ipsi id
dat, quod quid aliud est, quàm cre-
ditorem dare pecuniam, quâ sibi
solvat. Sed respondeo: Aliud est
sacrificium dare, aliud sacerdotem:
Deus supra indicato temperamen-
to utens, dat sacerdotem, sed sacer-
dos dat aut offert sacrificium sibi
imperatum. Dices: Distinctionem
hanc locum habere, quando sacer-
dos & sacrificium subjectis diffe-
runt, ut quando sacerdos pecudem
in victimam dat: At hoc loco sacer-
dos

dos & sacrificium unum idemque
 est: Ergò qui dat sacerdotem, simul
 etiam dat sacrificium. *Respondeo:*
 Hoc non sequitur; quia etiamsi sa-
 cerdos seipsum det in victimam,
 dat tamen aliquid ex se ipso, quate-
 nus nimis dolorem, afflictio-
 nem & cruciatum, cumq; eo vitam
 & sanguinem suum offert. Propitia-
 tionem ergò, quam facit, nō solùm
 moriendo facit, sed moriendo cum
 dolore, tristitia, molestia & anxie-
 tate, sive mortis crudelis & igno-
 miniosæ voluntaria in se suscep-
 tione, & impromeritâ toleratione.
 Hinc dolor iste, ad effusionem san-
 guinis & mortem usque violentam
 & ignominiosam, toleratus, voca-
tur λύτρον, αὐτίλυτρον, sive redem-
 ptionis pretium: quia uti pretio
 persoluto debitum extinguitur, &
 captivus solvit, ita sacrificio pro-
 pitiatorio peracto debitum sive
 rea-

reatus poenæ deletur. Ergò is, quem Deus fidejussorem constituit, suo proprio ac pretioso sanguine, cum dolore summo effuso, veluti propriâ suâ pecuniâ, peccatorem redemit ex mortis debito, sed de his infra. Hæc de causa impulsiva dicta sunt.

CAPUT III.

De

Ipsò Redemptore, cuius interventu opus hoc peractum est.

I. **J**am sequitur, ut *de ipso Redemptore* agamus, per quem opus hoc redemptionis procuratum, administratum & peractum est. Is autem est Jesus Christus Filius Dei Altissimi. Ubi duo nobis consideranda veniunt. *Primo* nimirum Redem-

Redemptoris *dignitas*, seu Personæ *idoneitas*, ad opus hoc augustum peragendum. Secundò, *munus* seu *officium* *huc spectans*.

II. Dignitas Personæ in tribus posita est: 1. Quod sit proprius atq; unigenitus DEI Filius, Rom. VIII. 32. Joh. I, 14. 18. Cap. III, 16. 18. 1. Joh. IV, 9. cuius egressus, vel cuius egressiones sunt à diebus seculi Mich. V. id est qui ex essentia Patris ab æterno genitus, & æternus Deus est, Patri co-æqualis, & unus in essentia. 2. Quod in tempore hic DEI Altissimi con-substantialis filius, naturam humana-
nam assumserit, & sic ex Maria Virgine Sponsæ Josephi natus fuerit. Luc. I, 35. 3. Quod sit Filius DEI, & Filius hominis, in una eademque persona. Quæ triplex peculiaris hæc dignitas, supra omnem com-
parisonem, & citra omne exem-
plum, quia non ab omnibus pariter
C dehinc agno-

agnoscitur & creditur, nos autem
alia occasione, eam fusius ab adver-
sarium assaultibus vindicare in a-
nimum induximus, hic brevitati
studentes, aliqua saltet ex argu-
mentis nostris delibabimus.

III. Quod ergo primam digni-
tatem Filii DEI Redemptoris nostri
Iesu Christi spectat: Eam diximus
consistere, in eo quod sit proprius,
& ex essentia DEI Patris ab aeterno
genitus Filius, ac proinde summus
& aeternus Deus. Et talem utiq;
oportebat esse, eum qui se in pre-
mium redemptionis pro mundi
peccatis offerret, nam nullus mor-
talium justitiae divinæ per se satisfa-
cere, nequidem pro se ipso, multo
minus, pro totius mundi peccatis
poterat; qui enim ad hoc opus suf-
ficeret, non solum ipse per se justus,
sed & viribus infinitis praeditus, &
per consequens Deus ipse omni-
potens esse debebat.

IV.

IV. Sed proh dolor! Stupet animus recordando Fratrum Unitiorum, hominum alias certe ut à doctrina, ita à probitate commendabilium, hic tamen misere impingentium, interim misericordia magis quam odio dignorū: Qui licet alias omnem moveant lapidem, ut æternæ salutis iter invenire queant, tamen ad hanc veritatis divinæ lucem, quam caliginoso orbi Christus ipse attulit, & per Papicolarum superstitionem ferè extinctam, per instrumentum gratiæ suæ B. Martinum Lutherum, superiori seculo, affulgere fecit, tantopere cœcutiant, ut non solum hanc dignitatem Salvatoris nostri, verùm etiam summum DEI erga nos amorem, quem passim prædicat scriptura, quod Filium suum unigenitum ac proprium, in unitate personæ non tantum ex Maria Virgine natum,

C 2 homi-

hominem; sed etiam ante secula,
 à se genitum in mortem dederit;
 & sic passionis Domini nostri
 JESU CHRISTI dignitatem ac
 merita, debite non agnoscent. Sed
 ô utinam divina benignitas ali-
 quando eos excitet, & suo lumine
 perfundat, ut tandem evigilent è
 somno, & ex umbra ignorantiae ac
 mortis exeat!

V. Argumenta quæ in contra-
 rium ab istis Dominis Unit. profe-
 runtur, quia maximam partem de-
 prompta sunt ex principiis corru-
 ptæ rationis, non omnia produce-
 mus, ut quibus etiam non licet, in
 mysteriis divinis, esse adeò acutis,
 conscientiis quoque ingenii nostri
 acumen se extendere valeat, & in-
 tra quos cancellos ejus sagacitatem
 circumscriperit DEUS. Modestè
 nos ab iis pedem referimus, quæ
 nunquam nos comprehendere
 posse,

posse, ipsa experientia convincimur. Laudanda ignorantia est, non sapere velle ultra id, quod à nobis cognosci voluit DEus, nec turpe est ea non comprehendere, aut non definire, quæ à nullo hominum in hoc seculo, in quo tantum ex parte cognoscimus, comprehendendi voluit, in quæ quicunque temerario ausu pedem inferre non sunt veriti, temeritatis suæ pœnam luerunt, eo quod in matæologiam inciderint I.Tim.I,5.6. Sed sufficiet nobis, rationem sub obsequium fidei captivantibus, in arduis salutis nostræ mysteriis, cum Scriptura Sacra sapere.

VI. Licet ergo, Domini Unitarii inficientur, contendantque; Christum Filium DEI non extitisse ab æterno, nisi in decreto Patris, neque Filium eatenus dici, quod ex Patris essentia genitus sit, sed solum, quia

C 3 à Spi-

à Spiritu Sancto conceptus, ob similitudinem, sanctificationem, inmundum missionem, & resuscitationem, maxime autem ob elevationem ad imperium summum; nos tamen melius DEI gratia edocti, multo dignius, de dignitate Christi, & convenientius Sacrae Scripturæ, & loqui & credere didicimus, ut infra, ubi prius unum atq; alterum ex præcipuis Unit. argumentis, quibus thesin suam firmant, prodixerimus, videre licebit.

VII. Ac primum quidem, quod Filiū DEI ab æterno non extitisse contendant, hac ratione fulciuntur, quia genitus esse dicitur; at omnis generatio inquit, procedit, à non esse ad esse. Ergo, qui genitus est, antequam genitus est, non fuit. Sed Respondeo: Hoc argumentum quidem procedere in natura-

turalibus, minime vero in supernaturalibus, ubi longe aliter se res habet; non enim cum alteritate naturae, ut loquuntur Theologi, fuit genuitus, nam alteratio in natura divina locum non habet, quod tamen in naturalibus fit. Deinde sciendum est, quando Deus ab aeterno dicitur genuisse Filium, talem nos aeternitatem intelligere, quae cum tempore nihil habeat commune; omnis enim successio temporis, & effluxus a praeterito per praesens in futurum, rei solum aliqui ob dependentiam ejus, & quidem talem, ut ejus realitates representativa non ponantur simul, sed una post alias, prout summo Domino placuit convenit: at vero talis temporis aeternitas, DEO independenti minime convenit, neque debemus talem temporis successionem, continuationem, & efflu-

xum, in ipso concipere', cui omnia
sunt una perfectissima cogitatio.

VIII. Sed neque magis ad proba-
tionem faciunt rationes à Crelio
de Uno Deo Patre allatæ, quibus
evincere conatur, Christum non
esse æternum DEum; quod nimi-
rum Scripturæ sacræ solum Pa-
trem, supremum illum DEum esse
doceant, ac proinde Christum non
esse supremum illum & æternum
DEum, quia non sit Pater. Nam
Pater & essentialiter, & personaliter
accipitur: Quando essentialiter ac-
cipitur, (quod tunc fit quando ab-
solute ponitur) Christus neuti-
quam excluditur ut infra videbi-
mus, atque hinc non sequitur, Chri-
stum non esse summum DEum.
Imò Christum nomine Patris indi-
gitari, mox docebimus. Et quan-
do etiam personaliter accipitur, ne
tunc quidem excluditur Filius, quia

per-

personalis & officialis distinctio,
non est identitatis essentialis exclu-
sio. Vox enim Patris, ut recte B.
 Scherzerus observavit, essentiali-
 ter accepta, non unam personam,
 sed divinam in tribus personis sub-
 sistentem essentiam notat: unde
 non sequitur, si plures sint personæ,
 non Patrem sed patres esse dicen-
 dos. Nam obstat essentiæ unitas,
 quæ permittit quidem dicere: plu-
 res personæ sunt Pater, essentialiter
 sumpta voce: non autem plures
 personæ sunt plures patres. Et ra-
 tio est quia Paternitas spectata ad
 extra habet unicum fundamen-
 tum, nempe unam & communem
 essentiam ad intra.

IX. Neque etiam plus ad rem
 facit, secunda ratio Crellii, inde du-
 cita, quod Christus à Deo creberri-
 mè distingvatur. Ubi sapissime
 DEI Filium appellatum legimus,

C 5 alibi

alibi eum DEI Verbum seu sermonem, DEI imaginem: alibi eum *in principio apud Deum fuisse*, à DEO missum, à DEO egressum, panem DEI esse, qui è cœlo descendit, in Dei forma Deoq; aqualem fuisse; ad dextram DEI, aut potentia DEI consedisse, à Deo Dominum & Christum factum esse, à DEO judicem constitutum esse, scriptum legimus. Joh. III, 18. Apoc. XIX, 19. 2. Cor. IV, 4. Col. I, 5. Joh. I, 1. 2. 6. 33. &c. Vide Crell. de uno Deo Patre pag. mihi 19. Nam nullus horum locorum Christum summiæ Deitatis; sed solum Personæ, officii & humanitatis ratione distingvit. A Personali autem, officiali, & humanitatis distinctione, ad summam divinitatis negationem, non valet consequentia. Sed hic nos brevitiati studentes non adducimus omnia Unitariorum argumenta, hoc enim solum nobis a-

gen-

gēndūm incumbit, ut dignitatem
Redemptoris nostri, in Oeconomia
redemptionis nostræ adstruamus,
quod jam quam brevissime facie-
mus.

X. Vidimus supra parag. II. Cap.
III, Dignitatem, seu Personæ idonei-
tatem in tribus consistere, primo,
in eo quod sit, proprius atque uni-
genitus DEI Filius, cujus egressio-
nies sunt à diebus seculi Mich. V. id
est, qui est verus ac natura æternus
DEus, & quidem ex essentia Patris
ab æterno genitus. Quod hiç Dei
Filius ab æterno fuerit, patet ex va-
riis argumentis: Quicunque enim
ante creationem extitit, is ab æter-
no esse debuit, quia ante creatio-
nem nihil fuit nisi solus DEus; At
Filius DEI extitit ante creationem
Joh. I, i. per eum enim creata sunt
omnia in cœlo & in terra visibilia
& invisibilia Col. I, i. Eph. I, 9. *per il-*

C 6 lum

lum Deus secula condidit Ebr. I, 2.
 Imo est ille ipse Dominus , qui ab
 inicio terram fundavit, & cuius ma-
 nuum opera sunt cœli. Psalm. CII, 25.
 Idem probari potest, ex ipsa gene-
 ratione Psal. XI, 7. Prov. VIII, 2. Mich.
 V, 2. Ex descriptione æternitatis,
 quæ Filio non minus quam Patri ac-
 commodatur quod sit *primus ac*
novissimus, principium & finis Apoc.
 I, II, 17. Cap. XI, 8. Cap. XXII, 13. Ex
 carentia initii, qui neque initium
 dierum, neque finem vitæ habet
 Heb. VII, 3. Si jam nullum exprimi
 possit initium, quo cœperit Filius
 DEI existere, necesse est eum ab æ-
 terno fuisse; Nam nativitas ejus ini-
 tiūm non fuit, quia ante Abraha-
 mum jam erat Joh. VIII, 58. nec crea-
 tionem fuisse , quia ante omnes
 creaturas extitit Col. I, 16. Conclu-
 do ergo non immerito, eum esse æ-
 ternum. *Quod si autem æternus*
est,

est, eum etiam summum DEum esse necesse est, & quidem unum es-
sentia cum Patre, nihil enim æter-
nun esse potest, quod non sit Deus,
cum autem duos æternos dari, mul-
to magis plures repugnet; sequitur
Filium DEI unum æternum DEum
cum Patre esse.

XI. Sed ut rectè doctissimus Crellius monet: Quod Sacrae Scripturæ nostræ de Christo fidei sum-
mam in eo collocent, ut credamus Jesum esse Filium DEI, nempe per-
fectissima ratione sic dictum, adeo-
que necesse esse, etiam de vera &
genuina ratione constare, ob quam
is DEI Filius dicatur: Neque enim
satis est verba tenere ac pronuncia-
re, sed rem ipsam tenere, animoq;
complecti necesse esse. Videam-
mus jam hoc egregium sane mo-
nitum boni Crellii, sequentes; u-
trum ratio nostra de Filiatione Dei;

an verò eorum, Scripturæ magis cognita sit. Ac primum Dòminorum llnit. rationes, ob quas Christus Filius DEI dicatur, consideremus. Faustus Socinus in Anti-Wujeko Cap.V, resp. ad 3. Class. pag. mihi 278. prolixè satis in hunc modum differit: *Christus, inquit, est adoptivus DEI Filius, eç sensu, quo Scriptura omnes Christianos adoptivos DEI filios vocat, idq; ideo quod similitudinem, quam cum DEO habet, non in ipsa conceptione & nativitate habuerit, sed postea ex DEI dono & gratia illam adeptus sit.* Ante resurrectionem Christum DEI Filium plane non fuisse, quandoquidem defuerit illi, & immortalitas, & absoluta dominationis cum DEO similitudo. Sanctitatis tamen & sapientiae similitudinem, cum DEO perfectè habuisse, etiam ante resurrectionem, ac propterea, praeter alias causas jure pro eo tempore

DEI

DEI Filium esse appellatum, & qui-
dem unigenitum hæc Socinus. In
Institutionibus autem Religionis
Christianæ Majoribus, quæ publicè
in Gymnasio Major. Claud. legun-
tur, hæc clarius sunt expressa: In
quæstione enim: Ob quas causas
Christus DEI Filius dicatur, qua-
tuor ejus rei enumerantur causæ:
1. Quod ex Spiritu Sancto sit conce-
ptus, adeoq; nullum alium Patrem
preter DEum habuerit. 2. Ob san-
ctificationem & in mundum missio-
nem, quia tunc eum Deus declaravit
Filium sermone auditō, hic est Filius
meus &c. Matth. III. 3. Ob resurre-
ctionem ex mortuis, quia tunc eum
Deus quasi genuerit resuscitando.
4. Ob exaltationem plenariam, &
absolutam similitudinem Dominatio-
nis cum Deo; ubi varia adferre so-
lent loca, Palmarium autem hunc se
habere putant, qui exstat: Act. XIII,
32.33. item Joh. X. 36. &c. XII.

XII. Verum istae rationes, Scripturæ incognitæ videntur: cum nusquam doceat, Christum esse Filium DEI naturalem, ob miraculosam conceptionem, & quod Deus sit naturalis Christi Pater, eo quod Deus in generatione Christi Patris vices suppleverit: Nam si Christus ea ratione sit DEI Filius, ea in sacris literis alicubi expresse tradi debuisset, quia hæc ratio, omnino ad salutem esset scitu necessaria, quare etiam tantò clarius à S. Scriptoribus explicanda, tantoque diligentius ac crebrius inculcāda fuisset, quātò esset à sensibus captuq; nostro remotor, ac porro cognitu difficilior. Sed nusquam id sacri Scriptores fecerunt; ergo jure istae rationes in hoc negotio suspectæ sunt. Sed nec ipsa naturalis & proprie dicta Filii DEI conditio, hanc rationem filiationis admittit: Qui enim na-

tura-

turalis & propriè dictus est alicujus filius , ille genitus est ex essentia Patris , & ejusdem est essentiæ cum Patre suo naturali : Atqui Christus qua conceptus est à Spiritu Sancto , non genitus est ex essentia , nec est ejusdem essentiæ cum DEO ceu Patre naturali : Ergo neque eatenus , quatenus ex S. Sancto conceptus est , dicitur proprius & naturalis DEI Filius . Major patet ex requisitis Filii propriè dicti & naturalis , ut sunt : 1. Filii ex essentia productio . 2. Essentiæ ejusdem , cum Patre communio . Nam ut recte B. Calovius observavit Socin . profl . ad id , inquit , ut aliquis propriè dicatur Pater , requiritur propriè dicta generatio , quæ proximum fundamentum est paternitatis .

XIII. Sed neque cæteræ Unitariorum causæ filiationis Christi , nimirum sanctificatio , & in mundum missio ,

missio, resuscitatio, & exaltatio, magis sunt sacris literis cognitæ, quia hæ causæ, cur Filius DEI dicatur Christus, in scripturis nuspianam redunduntur. Nuspianam sanctificatio, nuspianam missio Christi in mundum, nuspianam munitus ejus Propheeticum, causa constituitur, ob quam Christus sit Filius DEI, neque ex Joh. X, 34. quicquam minus, quam hoc elici potest, ut videre licet ex B. Calov. Theol. Nat. & Rev. pag. 1320. & seqq. Fatemur quidem, eum qui à Patre sanctificatus & in mundum missus est, esse Dei Filium: per negamus tamen, quod causa sit, quâ constituatur Christus in esse Filius DEI, & ob quam re ipsa sit DEI Filius. Sanctificatio enim & missio non facit Filium, sed generatio. Deinde ratio, per quam Filius est filius non potest natura posterior esse ipso Filio, at sanctificatio posterior

ipso

ipso est; sic & de missione concludere licet. Neque etiam resuscitatio, causa Filiationis in Scripturis constituitur. Nam alias & impii, quandoquidem resuscitandi sunt, filii DEI forent. Deinde jam Christus erat Filius DEI ante resuscitationem: qui autem fuit ante resuscitationem, is non demum post resurrectionem est factus Dei filius, nam quod quis est, illud fieri amplius non potest. Sed neque exaltationem, seu elevationem ad summum in omnia imperium, causam filiationis esse, inde patet, quia nusquam in Sacra Scriptura occurrit, quod tamen necessario perspicue tradendum fuisset in sacris literis. Loca quae in contrariū afferuntur, alia occasione refutabuntur, hæc in præsens memorasse sufficiat. Ex quibus omnibus concludimus dignitatem personæ

Re-

Redemptoris nostri non in eo consistere, quod sit homo ex Virgine Maria virtute Dei adumbrata, natus, sanctificatus, in mundum missus, resuscitatus & exaltatus, sed quod sit filius Dei, ab æterno incomprehensibili ratione ex essentia Dei Patris genitus.

XIV. Sed videamus jam breviter, etiam alteram Personæ dignitatem, vel si mavis, idoneitatem Redemptoris nostri in hoc redemtionis opere. Hanc in eo sitam esse. Quod in tempore, hic Dei Altissimi consubstantialis filius, naturam humanam assumserit, & sic ex Maria Virgine Sponsæ Josephi natus fuerit. Et certè nec aliter idoneus esse poterat, ad opus hoc redemtionis peragendum. Nam cum ipsi satisfaciendum esset justitiae DEI infinitæ, hoc autem ut præstaret, ipse reatus peccatorum nostro-

strorum in se suscipere, & maledictioni divinæ obnoxius fieri debet; quatenus Deus & Patri æqualis, reatui peccatorum obnoxius esse non poterat, atque ea ratione minime erat idoneus, qui pro peccatis satisfaceret, quare in divinæ suæ naturæ consortium, naturam humanam, à peccati labe puram prorsus, assumisit, & in eadem hypostasi indissolubiliter sibi univit, atque hac ratione aptissime Christus, Deus pariter & homo, inter DEUM & homines mediator constitutus est: I. Tim. II, 5. Non potens tantum, sed idoneus etiam, ea omnia & sustinere & præstare, quæ ad plene satisfaciendum, & satisfaciendo nos redimendum ullo modo essent necessaria.

XV. Restat, tertia dignitas hujus redemptoris quoad ejus personam. Quod nimirum sit Filius Dei & Filius

lius hominis, in una eademque per-
 sona, atque sic verus æternusque
 deus, & simul perfecte homo justus
 in una persona. Verus æternusq;
DEUS quidem, per arcanam & inef-
fabilem generationem Joh. I. 1.
 Rom. IX, 5. 1. Joh. V, 20. atque hic u-
 nigenitus ac proprius DEI Filius.
 Joh. I, 18. Cap. III, 15. Gal. III, 16. Rom.
 I, 3. 2. Tim. II, 8. Act. II, 30. Gal. IV. 4.
 ita tamen, ut non sint duæ personæ,
 altera divina, altera humana, perin-
 de sicut duæ sunt naturæ. Natura
 enim divina humanam sibi in u-
 nam personam assumpsit, adeo ut
 natura Christi humana, quia nun-
 quam sola substitit, nunquam per
 se fuerit persona, sed semper natu-
 ræ ejus divinæ fuit unita, & ab ea in
 personæ unitatem assumpta. Qua-
ratione id factum sit: & utraque,
hæc natura, una tantum sit persona,
an nobis explicari nequit, quoniam
 nul-

lum simile, quod id illustrari possit,
datur exemplum. Et hactenus de
dignitate, seu Personæ idoneitate
in opere redemptionis, sub triplici
ratione breviter dicta sufficiant.

XVI. Pergendum jam nobis est,
ad munus seu officium Redemptoris.
Scripturam autem inspicientibus,
triplex officium, Servatorem nostrum
gessisse constabir: nimirum *Sacer-*
dotale, Propheticum, & Regium;
Nec absque causa. Cum enim o-
pus redemtionis consistat in libera-
tione hominis peccatoris ex statu
peccati & æternæ mortis, in statum
justitiae, & vitæ æternæ, ad liberatio-
nem autem ex statu peccati, duo re-
quirantur; liberatio à reatu admissi
peccati; & à dominio peccati ne
amplius admitteretur, necessario
requirebatur ad prius, nempe ad li-
berationem à reatu peccati, sacer-
dos, & sacerdotale munus, quo
medi-

mediante, liberatio compararetur per sanguinis effusionem, & in continuo vigore conservaretur per intercessionem, sive sanguinis semel effusum assiduam oblationem quasi & representationem. Nam licet ad liberationem hanc Deus ex misericordia & phylantropia moveretur, tamen, quia ejus justitia, qua propendet ad puniendum peccata, obstabat; non nisi per sacrificium *ιλασικὸν* fieri debuit. Ad liberationem à dominio peccati, requirebatur, ne in ejusdem servitutem incideremus, divinæ voluntatis, sive justitiæ peccato contrariæ, clara & perspicua revelatio. Ad hoc Prophetæ & propheticò munere opus erat. Sed tertio, cum ob fidem datam huic nostro redemptori, & ex ea manantem pietatis cursum, varia nos tentamina & adversitates, exerceant, imo mors ipsa nos oppri-

opprimere tentet. In tali autem
statu nobis auxilium ferre, eripere,
& ex statu mortis in statum Vitæ re-
ducere, divina autoritate & irresi-
stibili potentia opus sit; necesse est
Redemptorem nostrum hac po-
tentia præditum & sic Regem
esse.

XVII. Fuit ergo Sacerdos hic
noster Redemptor, & quidem ve-
rhus Sacerdos, qui non solum DEI
nomine hominibus, sed maxime
hominum nomine Deo aliquid,
tanquam proprie dictus Sacerdos,
sui corporis in terris oblatione &
interpellatione præstítit. Unde
videmus quantopere iterum hic
aberrent Domini Unit. qui Chri-
stum non solum nihil hominum
nomine Deo præstítisse affirmant,
sed neque Sacerdotem proprie di-
ctum, eum agnoscant, & per ex-
guam differentiam inter Regium,

D

&

& sacerdotale ejus munus constituent. Crellius de causis mortis Christi, non veretur in hunc modum scribere. Cum consideratur Christus ut Sacerdos, & si similitudinem refert ejus, quæ Deo aliquid bonum nomine præstet, si tamen rem ipsam penitus specces, deprehendes talem eum esse Sacerdotem, qui Dei nomine nobis aliquid præstet. Sed optimus Vir non videtur D. Apostoli verba ad Heb. v. i. considerasse, ubi dicitur, quod omnis Sacerdos, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, in iis, quæ apud Deum agenda sunt. Constituitur autem Sacerdos pro hominibus, ut offerat dona & victimas pro peccatis, qui autem offert, & interpellat, aliquid præstat, præstat autem eorum nomine, pro quibus offert & interpellat, id est, pro hominibus, seu hominum nomine.

XVIII. Ostorodus Inst. Germ.
 Cap.XL. sic scribit: **S**o ist nun das
 Hohepriesterthum Christi anders
 nicht / denn die administration oder
 Verwaltung seines Geistlichen
 Reichs/ so fern die unsere Wohlthat
 und Seeligkeit angehet: Welches al-
 so figürlicher Weise geheissen wird. In
 Catechesi Racoviana quæritur: An-
 non erat Sacerdos antequam in-
 cœlos ascenderet, & præsertim cru-
 ci affixus penderet? Respondent:
 non erat. Item in *Inst. Reli.*
Christ. Major. Cap. XIII. de Munere
Christi Sacerdotali hoc habentur:
Munus Christi Sacerdotale in eo si-
 tum est, quod potestate sibi à Deo
 data, pœnas peccatorum à suis aufe-
 rat, eorumq[ue] salutem omni ratione
 procuret. Proinde hoc munus i-
 dem est re ipsa cum Regio ipsius mu-
 nere, & ratione tantum quadam ab
 eo distinguitur. Sed ubi legerunt

D 2 in

in sacris scripturis, quod Sacerdotium Christi, in eo consistat; quod curam nostri gerat? ostendant locum. Hac ratione siguli eorum, qui nostri curam gerunt, erunt Sacerdotes, ut Deus Pater, Magistri, Parentes, Magistratus &c. Aut contra omnes Sacerdotes debebunt nostri curam gerere, nostrisque necessitatibus succurrere, cum tamen aliter Scriptura Sacra Sacerdotium describit Ebr. V, i. quorum officium, quemadmodum in Vet. Fœd. in sacrificiis, & in precatione pro populo, quatenus adumbabant Christum Novi Fœderis Pontificem, consistebat, ita etiam hunc, hoc ipso oportet respondere, umbræ sive typo.

XIX. Sed videamus, i. quis hoc officium imposuerit. 2. Cui? 3. quomodo impositum fuerit? Munus hoc sacerdotiale Christo à Deo im-

impositum fuisse, docet divus scriptor ad Heb. V, 4.5. Nemo sumit sibi honorem, sed qui vocatur a DEO tanquam Aaron; sic & Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Filius meus es Tu, ego hodie genui te. Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. Nulli etiam id competit quam ipsi. Nam quemadmodum olim, cum agebatur de Sacerdotio typico inter Israelitas constituendo, per quem verus & sumimus universi generis humani Sacerdos adumbraretur, Deus ipse illum designare voluit, & eos, qui munus istud sibi usurpabant, graviter punivit Num. XVI, & XVII, ita etiam hic factum est. Agebatur enim de aliquo, qui hoc munere apud DEum fungeretur, & cum omnes homines, nemine excepto, peccatores essent, ac proinde re-

conciliatione indigerent , neminem ipsi ut Sacerdotem pro se delegare potuerunt ad peccata sua expiandum ; utpote qui ipse alterius expiatione pro peccatis suis indigeret : requirebatur ergo , ut sicuti Deus sese reconciliabilem ostendit , etiam Sacerdotem constitueret , cuius interventu plene reconciliaretur .

XX. Si autem quæras , an Deus Sacerdotium Jesu Christo impone nens , illud fecerit , ex necessitate aliqua naturæ , ut nimirum satisfaceret Justitiæ divinæ ? Nos respondemus affirmativè , licet alias , quid Deus potuerit aut non potuerit , temerario ausu non definiamus . Hic autem hoc argumento fulti id affirmare non dubitamus , quia scimus Deum seipsum abnegare non posse , nec malum velle , verum illud natura odio prosequi , & sic natura liter

liter punire. Deinde de voluntate DEI in puniendo peccato sufficienter nobis ex sacris literis constat. Errat ergo coetus Unitariorum, cum affirmat Deum potuisse absolute & simpliciter, vel absque ulla compensatione peccata condonare. *Socinus in p[re]lect. Theolog. Cap. XV.* hanc assertionem sic propagnat: Deum, contra quam non nulli sentiant jure potuisse nobis peccata nostra condonare, nulla à quaquam pro ipsis satisfactione accepta, id manifeste probare videtur, quod peccata nostra nihil aliud sunt, quam offensae Majestatis divinae, & debita quadam, quæ cum DEO contrahimus, sic enim in sacris literis appellari solent. Atqui nemo est, qui injurias sibi illatas, debitaque secum contracta summo jure condonare & remittere non queat, nulla vera pro ipsis satisfactione accepta. Igi-

D 4 tur

ut nisi velimus Deo minus concedere quam hominibus ipsis concedatur, confitendum omnino est Deum jure potuisse nobis peccata nostra ignoscere, nulla pro ipsis vera satisfactione accepta. Sed haec subtilis Socini assertio, magis rationis, quam Sacrae Scripturæ nititur fundamento, quæ tamen facili dilui potest opere, si animadvertisatur, quod licet peccata nominentur debita Matt. XVIII, 23. Luc. VII, 41. id tamen figurate dici; nec eandem esse rationem debitum pecuniarii per omnia, & delicti vel peccati. Debitum enim pecuniarium simplici munificentia & liberalitate donari possunt citra boni publici detrimentum, aut laesio nem justitiae: at delictum seu peccatum, ne absoluta gratia remittatur, justitia bonique privati observationo prohibent Prov. XVII, 5. Deinde alia est ratio, privatarum offensarum,

sarum, alia delictorum, quibus publicæ leges violantur quorum vindictam justitia postulat à justo Judice. Neque etiam hic spectari debet Deus ut persona privata, sed ut supremus universi judex isque justissimus, qui nullatenus contra justitiam quicquam designare, nec ab ea recedere potest, nō considerandus est solū ratione absoluti juris, ut Dominus absolutus, sed respectu justissimi sui judicii, ceu judex totius universi ut B. Calov. habet. Sed de his videri potest magnus ille, Hugo Grotius de satis. contra Socinum, item Essenius contra Crellium.

XXI. Videamus etiam paucis, cui impositum hoc munus sacerdotale fuerit. Is nemo fuit aliis, ut etiam ex supra dictis satis pater, quam Dominus Jesus Christus. In Nono enim Testamento, unicum

D. 5 tan-

tantum habemus Sacerdotem seu
Pontificem. Et licet etiam in Veteri
Fœdere unicus solū semper fuerit
summus Pontifex, erant tamen
insuper plurimi ita dicti Sacerdo-
tes, utpote omnes posteri Aaronis.
Postquam autem Dominus noster
in Novo Testamento unico suo sa-
crificio, seu oblatione omnia Vete-
ris Fœderis sacrificia sustulit, & ea-
dem consummavit in æternū san-
ctificatos, sustulit etiam omne Sa-
cerdotium sic dictum, ac proinde
ipse solus manet unicus noster Sa-
cerdos. Sed præterea in Jesum
Christum secundum utramque na-
turam, non tantum Sacerdotis no-
men, sed etiam, res hoc nomine
significata, quam perfectissime qua-
drat, ut infra videbimus: adeo ut
hunc Jesum eum esse, quem Pater
summum Sacerdotem apud se pro
hominibus constituit credere, sit
quasi

quasi summa fidei Christianæ, & copiose in tota Epistola ad Hebræos demonstratur.

XXII. Quod si autem hic aliquis quærat, cur Dominum Salvatorem isto nomine, si summa fidei Christianæ in eo consistat, alii scriptores sacri non insigniant, cum tamen necessarium sit, ut credamus Jesus esse summum nostrum Pontificem? Respondeo, modo de re ipsa nobis constet, parum in ejusmodi appellatione esse positum: ea autem passim in Novo Fœdere Jesus Christo innumeris locis tribuitur. Nam quotiescumque ibi fit mentio remissionis peccatorum, quam habemus in ejus sanguine, totius sacerdotium ejus designari censendum est. Sed de his infra.

XXIII. Sequitur ut videamus quomodo hoc munus Christo impositum fuerit: ubi circa hunc mo-

D 6 dum,

dum, varia simul occurunt discri-
mina inter Sacerdotium Christi , &
Aaronicum, quæ nos summatim
solum attingemus. Primus modus
est, quod Christus cum juramento
constitutus sit Sacerdos, ut legimus
ad Heb. VII, 21. ex Psal. CX. *Juravit*
Dominus & non pœnitabit eum: Tu
es Sacerdos in eternum secundum
ordinem Melchisedec: at Sacerdo-
ses Levitici absq; juramento. Ubi
observandum, quod licet omnia
Dei verba sint ipsissima pura veri-
tas, & impossibile sit cum unquam
mentiri Tit. I, 2. proinde in omni-
bus quæ dicit, fidem ei adhibere
debeamus; tamen succurrere vo-
lens infirmitati nostræ, & certiores
nos reddere de immutabilitate
confilii sui, juramentum imponit
promisso suo, ut fortissimum sola-
rium habeamus, qui configimus ad
tenendam propositam spem.
Hebr.

Hebr. VI, 17. Secundus modus, seu secundum discriminem est, quod Sacerdotium Christi sit secundum ordinem Melchisedec Psalm. CX, 4. quia Sacerdotium Aaronicum transiit de Patre in filium, Dominus Iesus autem nec successit alteri, nec successorem habet, perinde ut Melchisedec; sed illius Sacerdotium, est æternum. Heb. VII, 23. 24. *Et alii quidem plures facti sunt Sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem eo quod manet in eternum, intransibile habet Sacerdotium.* Tertius modus seu tertium discriminem est, quod Sacerdotium ita sit Iesu Christo impositum, ut seipsum offerret in sacrificium, quo pertinent omnia illa loca, quibus seipsum obtulisse & se pro nobis in mortem tradidisse dicitur: ut Matt. XX, 28. Rom. V, 8. 2. Cor. V, 15. Gal. I, 4. 1. Tim. II, 14.

D 7 Sacer-

Sacerdotes vero Levitici offerebant DEO bruta animalia, quorum sanguis non poterat animas inquinatas mundare à peccatis Heb.X,4. ut de *Objecto, Efficacia, & Iteratione* nunc dicere superfedeam. Et haec tenus de Sacerdotii Christi Constitutione.

XXIV. Jam sequitur, ut de ipsa Muneris Sacerdotalis forma & quomodo eo defunctus fuerit inquiramus. Ut hoc accurate præstemus, sciendum est, Muneris hujus Sacerdotalis tres esse partes, nimirum: *Sacrificialis Oblatio, Intercessio, & Benedictio*, quarum Scriptura diserte meminit. Oblationis quidem sæpiissime in tota Epistola ad Hebreos. Ad melius autem intelligendam hujus oblationis Christi naturam, considerabimus:
 i. *Quis Oblationem prefiterit, quid obtulerit ubi obtulerit, & quando ob-*

tyle-

tulerit. Quis oblationem præstiterit, facile quivis, ex dictis animadvertere potest, nempe quod is sit Jesus Christus, Sacerdos noster. Sacerdotis enim præcipuum munus erat, sacrificia offerre, cum autem jam viderimus sub Novo Testamento unicum tantum nos habere Sacerdotem, eumque Jesum Christum, manifestum est, eum etiam hoc munere debuisse defungi. Quid autem obtulerit, luculenter docet Divus Apostolus Tit. II, 14. Quod ipse seipsum pro nobis dederit, & pro peccatis nostris Gal. I, 4. & quidem in oblationem & victimam Deo in odorem svavitatis Eph. V, 2. Omnia ergo quæcunq; Dominus Jesus præstítit ad impletum legem, omnes ejus passiones, quas à teneris, multis variisque modis perpeti necesse habuit, imo preces & lachrymæ: de quibus au-

ctor

etor ad Heb. V, 7. agit, omnia in-
quam hæc, pertinent ad hanc obla-
tionem, & sacrificium, imò sunt
pars ejus, quod Dominus Jesus pro
nobis obtulit. Maxime tamen,
passio ultima, ubi etiam usque ad
sangvinis profusionem veniebatur,
cum vitæ amissione, huc pertinet.
Et hoc modo seipsum totum pro
peccatis nostris, DEO Patri sacri-
ficavit. Hinc etiam hoc ultimum
nempe sangvinis profusio, & eam
consequuta mors tanquam sacri-
ficium maxime spectatur, cætera au-
tem, tanquam præparatio & initi-
um hujus Oblationis habentur.

XXV. Et quemadmodum Sacri-
ficium Veteris Fœderis ita debebat
esse comparatum, ut integrum &
omnis maculæ expers esset: nam
in quo aliquod corporis vitium de-
prehendebatur, non erat DEO ac-
ceptum; eodem modo erat etiam

Do-

Dominus Salvator noster, sacrificium integrum, & omnis maculae expers. Hinc dicitur I. Petr. I. 18.
agnus immaculatus. & Cap. II. 22.
peccatum non fecisse, neq; fraudem inventum esse in ore ipsius. & Cap. III. 18. dicitur *Justus.*

XXVI. Ubi autem se obtulerit, licet non omnes Theologi de loco conveniant, nos tamen multis ambagibus relictis, pro certo ex sacris literis habemus, sacrificium hoc oblatum fuisse in terris, & quidem in cruce, quam ideo aram vocare non dubitamus, quia sicut per aram DEO sacrificia offerebantur sub lege, ita Christus in cruce se obtulit DEO. Hinc ad Heb. IX, 25. dicitur *se obtulisse cum mortuis est;* probans enim Christum non intrasse in cœlum, ut seipsum sæpius offerret, hoc argumento utitur; *quod alias operatusset cum frequenter pati ab origi-*

ne mundi, quæ ratio non stringeret,
 si mors Christi oblatio non esset. Et
 Cap. X, 12. *Hic una pro peccatis ob-
 lata hostia, in sempiternum sedet in
 dextra DEI:* ubi aperte docetur Je-
 sum Christum jam ante suam ad
 dextram Dei sessionem sese obtu-
 lissee. Et I. Pet. II, 24. dicitur *peccata
 nostra in corpore suo super lignum
 tulisse*, id est, propter peccata no-
 stra crucis mortem tulisse, atque
 ita peccatorum nostrorum reatum
 abstulisse; quod alia ratione, quam
 morte, oblatione & sacrificio pro
 peccatis nostris non fecit. *Quid,*
 quod 2. Cor. V, 21. dicatur: *Deus Je-
 sum, qui peccatum non noverat, pec-
 catum pro nobis fecisse;* quod nihil a-
 liud est, quam Deum Patrem, Je-
 sum, qui peccatum non novit, per-
 inde tractasse, ac si peccator esset,
 eamque crucis mortem maledi-
 ctam subire, quæ solis debita erat
 pecca-

peccatoribus. Quia autem addit,
Jesum factum peccatum pro nobis,
manifestè ostendit, diram illam ac
maledictam mortem, sacrificii ra-
tionem habere, imò sacrificium
pro peccatis nostris esse propriè di-
ctum.

XXVII. Jejunè ergo illi nimis
de morte Christi sentiunt, qui eam
præparationem tantum ad oblatio-
nem in cœlo solummodo pera-
gendum esse volunt, & Domino Je-
su, in terris degenti functiones sa-
cerdotales non tribuunt. Maximè
cœtus Unitariorum hic pernicio-
si erroris arguitur, qui non solum
sacrificium in morte Christi situm
fuisse inficiās eunt; verum ne Sa-
cerdotem quidem eum antequam
in cœlos ascenderet fuisse conten-
dit. In Catechesi Rácovi : pag.
329. 330. talis quæstio instituitur:
Ist Christus nicht zuvor ein Hoher-
prie-

priester gewesen/ehe er in den Himmel gegangen/sonderlich aber da Er gecreuziget war? Respondent. Nein.
 Ubi revera boni homines expressissimè & in faciem Sacrae Scripturæ contradicunt. Nam licet ut ipsi prætendunt,dum in terris esset, in terminis non vocetur Sacerdos; actiones tamen Sacerdotales expressissimi illi tribuuntur;nimirum quod se se tradiderit pro nobis oblationem & hostiam in odorem suavitatis Eph.V,12. Quod dederit animam suam redempcionis premium pro multis Matt. XX, 28. quod sanguinem pro multis effuderit in remissionem peccatorum Cap. XXVI,28. & passim quod pro nobis fit mortuus. Ubi jam Christus sacrificium obtulit pro peccatis nostris, ibi verè & perfectè fuit Sacerdos,verè & perfectè functus est munere sacerdotali; Atqui Christus in terris obtulit

lit sacrificium, ut ex supra dictis patet: Sed hæc de oblatione Christi sufficient.

XXVIII. Sequitur nunc alterum munus seu functio Sacerdotii Christi, nimirum ejus Intercessio pro nobis. Ubi non minus verum se Sacerdotem nobis declaravit, non solum post ascensionem in cœlos, verum & antea in diebus carnis suæ, adeò ut non inconvenienter hanc intercessionem duplum faciant quidam Theologi; unam, qua Christus defunctus sit in terris adhuc degens, & ante mortem suam; alteram, qua etiam nunc fungitur in cœlis. Ad primam referuntur preces, quas sæpè ad Deum fudit, ut historia Evangelica variis in locis testatur, non pro se, cuius indigus non erat, sed pro nobis. Sic Luc. III, 21. dicitur *Iesu baptizato orante apertum ei fuisse cœlum.*

Et

Et Cap. VI, 12. dicitur *exivisse in mon-*
temorare, & erat pernoctans in o-
natione DEI. Et Cap. IX, 28. 29. sic
 Cap. XI, 1. & alibi, præcipue autem
 videmus eximiam ac devotissimam
 paulò ante captivitatem effusam
 precationem ad Patrem Joh. XVII,
 19. 20. qua pro discipulis suis & o-
 mnibus iis, qui in futurum per ser-
 monem eorum credituri sunt in-
 eum, orat; adeo ut quivis nostrum
 de se affirmare possit, se in hac pre-
 catione extare, & quod Christus et-
 iam pro se precatus fuerit. Et re-
 vera hæc precatio typum veluti
 continet intercessionis ejus, qua-
 fungitur in cœlis. Sic oravit in-
 horto, antequam ab hostibus cape-
 retur, Matth. XXVI, 39. 42. 44. Luc.
 XXII, 41. 44. deinde in cruce pen-
 dens Matth. XXVII, 46. Quo re-
 spiciens Scriptor ad Heb. V, 7. ait:
*Qui (Christus) in diebus carnis sue
 preces*

preces & supplicationes ad eum, qui
poterat ipsum servare à morte cum
clamore valido & lacrymis obtulit,
& exauditus est à metu.

XXIX. Sed quemadmodum
Dominus Salvator noster, in die-
bus carnis suæ per preces, se Sacer-
dotem exhibuit, ita non minus in-
tercedit adhuc in gloria sua pro no-
bis, & ostendit eo ipso, munus su-
um sacerdotale se non deposuisse,
ut qui sit *Sacerdos in eternum se-
cundum ordinem Melchisedec.* Et
supra vidimus eum ingressum esse
in ipsum coelum, ut compareat a-
pud faciem DEI pro nobis, & sic
perpetua exhibitione satisfactionis
suæ & meritorum, nobis omnia ne-
cessaria gratiæ dona exhibeat. Quo-
re etiam extat ad Heb. VII, 25. Unde
etiam servare potest eos, qui per
ipsum accedunt ad Deum, semper vi-
vens ut interpellet pro eis. Quo-
dire-

directè pertinet, id quod legimus
 ad Rom. VIII, 34. *Quis est qui con-*
demnet? Christus Jesus qui mortu-
us est, imo qui ē resurrexit, qui est
ad dextram D^EI, qui etiam interpel-
lat, seu intercedit pro nobis. Et i. Joh.
 II, 1. *Si quis peccaverit, advocatum*
babemus apud Patrem, Iesum Chri-
stum Justum, & ipse est propitiatio
pro peccatis nostris. Huc etiam
 refertur à multis locis, qui extat Apoc. VIII, 3, 4. *Tum alius angelus ve-*
nit & stetit ante altare, habens thu-
ribulum aureum, & dati sunt ei suf-
fitus multi, ut offerret cum precibus
Sanctorum omnium, super altare au-
reum, quod est ante thronum &c. ubi
 per Angelum putant intelligen-
 dum esse Iesum Christum, quod
 vix negari etiam potest, licet alias
 hoc ita intelligi debeat, quod ipse
 precibus suis, aliorum preces adju-
 vet, & eisdem, vim perpenetran-
 tem largiatur. XXX.

XXX. Cum autem Christum pro nobis intercedere hoc tempore exaltationis suæ in cœlis, & gloriose ad dextram Dei Patris regnantis asserimus, illud non ita accipendum est, quasi etiam nunc humili supplicatione ac precatione flexis genibus coram Patre prostratus, manibusq; expansis, qui supplicantium gestus est, pro nobis oret. Id enim non convenit cum statu gloriæ, potestate regiâ, ipsi in cœlo & in terra concessa, & sessione ad dextram Patris, & dominio supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, ut loquitur Paulus Ephes. I. Sed ita accipiendum est, ut Dominus Christus quidem intercedat cum humiliatione, quâ humanitas Christi se coram DEO Patre humili-

E liet,

liet, qui major ipso est, ut ipse met
Joh. XIV. afferit, tali tamen humili-
atione, cui adjuncta sit divina-
quædam maiestas & autoritas: Hæc
intercessio autem fundatur in sa-
crificio & merito pro nobis præsti-
to. Ut Dominus Christus quidem
pro nobis oret, & tamen quod orat,
jure expetat, ut nobis detur, tan-
quam bonum nostri loço ab ipso
promeritum.

XXXI. Tertiò ad munus sacer-
dotale Christi pertinet etiam Be-
neditio, quâ populo suo benedi-
cit. Hujus expressè meminit Sacra
Scriptura. Ante ascensionem su-
am in Cœlum Luc. XXIV, 50. dici-
tur: *Et sublati manibus benedixit*
eis, nimirum discipulis. Sic post-
quam in gloriam suam ingressus
est, legimus Acto. III, 26. *Vobis pri-
mum Deus suscitatum Filium suum
Jesum misit, ut benediceret vobis,*

HNO-

unoquoque sese avertente à pravatibus
 vestris. Sic ad Eph. I, 3. **DEUS**
& Pater Domini nostri Jesu Christi
 benedixit nobis omni benedictione
 spirituali in Cœlis in Christo. Ut
 quemadmodum Cœlestis Pater o-
 mnium, tūm spiritualium, tum re-
 liquarum benedictionum fons est;
 sic Dominus Christus is est, per
 quem ad nos omnis generis bene-
 dictiones promanant, easq; ab ipso
 obtinemus. Sic dicitur Gen. XXII,
 18. quod in semine Abrahæ omnes
 gentes super terram sint benedicen-
 di. Hoc semen Abrahæ autem ne-
 mo est aliis, quam Dominus Chri-
 stus, Gal. III, 8. 9. ergo is, à quo &
 per quem omnis benedictio pro-
 venit. Hæc benedictio autem
 summi Sacerdotis nostri non so-
 lùm in verbis consistit, verùm ma-
 ximè in actu ipso, in eo nimirum,
 quod non solùm nobis benedicat,

E 2

verùm

verūm etiam res in benedictione
 appreccatas confert. Res autem istæ
 sunt maximè res spirituales, hoc est,
 omnia illa, quæ ad salutem nostram
 procurandam & promovendam
 nobis maximè sunt necessaria, ma-
 ximè autem necessarius est Spiritus
 Sanctus, adeò ut non exigua pars sit
 muneris sacerdotalis Jesu Christi,
 quòd adhuc hodiè ex throno maje-
 statis suæ Spiritum Sanctum, & o-
 mnis generis ejus dona, per quæ
 nos ad salutem ducimur, mittat, &
 iis nos benedicat. Tempore autem
*ultimi judicii egredietur ad suos sine
 peccato*, Hebr. IX, 28. id est, sine re-
 atu peccatorum, quæ jam per ipsum
 expiata sunt, ablatique illius reatus
 effectum suis præstabit, non tan-
 tùm fausta illis vovens ac precans
 instar Pontificis Levitici; sed &
 conferens, & divinâ suâ virtute ex
 morte vindicans, ac salute æternâ
 do-

donans. Hæc autem benedictio, sicuti quasi muneric sacerdotalis complementum considerari potest, ita non nisi ratione considerandi ab actu Regio, quo salutem credentibus largitur in judicio extremo, differt.

XXXII. His ita de munere Christi sacerdotali, ejusq; functionibus breviter animadversis, veniendum jam nobis est ad duorum reliquorum muneric Redemptoris nostri explicationem, & primùm quidem de Prophetico Christi munere breviter agendum est, de quo duo nobis consideranda veniunt: Primò Muneric hujus Impositio, & ejus Functio. Quod impositionem attinet, in ea considerandum esset primò, quod Messias, sive Redemptor noster, olim Israëlitis promisus debuerit esse Propheta, & talem Jesum Christum fuisse. Hujus Ca-

E 3 pitis

pitis tractatio contra Judæos esset necessaria, qui hoc in controvèrsiam hodiè trahunt, & ideo Jesum nostrum pro Messia agnoscere recusant, quod eum non tantum Regem esse profiteamur, sed etiam Prophetam & Sacerdotem. Sed sàne insignem aliquem Prophetam Patribus suis promissum fuisse, nulla cum specie negare possunt, cùm id expressè in ipsorum lege habeatur. Sic enim Moses Deut. XIII,

• 55. scribit: *Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitat bit tibi Dominus DEUS tuus: Ipsum audies.* Ubi hoc in primis notandum, quod Scriptura in singulari, non in pluri numero loquatur, ergò de uno aliquo singulari præcipue accipiendum est: Deinde Moses dicit, *Prophetam sicut me*, quod aliis prophetis, qui ipsum secuti sunt, non convenit, nullus enim illorum

lorum par Mosi fuit; Deut. XXXIV,
 10. *Non resurrexit ultra Propheta
 in Israel sicut Moses.* Et hanc opini-
 onem, nimirum quod Messias
 etiam sit Propheta futurus, vulgo
 receptam fuisse temporibus Chri-
 sti, arguunt varia Evangeliorum
 loca, inter alia Joh. VI, 14. ubi po-
 pulus dicit de Christo: *Hic est vere
 Propheta, qui venturus est in mun-
 dum.* Nullum alium autem Pro-
 phetam expectabant, nisi Messiam.
 Etcap. IV, 25 ubi mulier Samarita-
 na dicit: *Cum venerit Messias, il-
 le nobis annunciat omnia.* Istud
 autem ad propheticum munus
 pertinere extra controversiam est.
 Sed de his prolixius agere instituti
 nostri ratio non finit.

XXXIII. Quod autem hic Domi-
 ni Unitarii de præparatione JESU
 Christi ad hoc munus commen-
 tantur, quasi Christus tempore je-

junii quadragesimalis in cœlos raptus, ibique de plenaria & ultima voluntate DEI Patris de salute nostra edoctus, & per Baptismum à Johanne anno ætatis suæ trigesimo suscepit, inauguratus fuerit, nullo fundamento nisi videtur; neque enim hâc ascensione opus habuit, quandoquidem *in ipso reconditi fuerunt omnes cognitionis thesauri*, Col. II. 3. Quod autem argumenta pro adversa parte attinet, illa refutata invenire licet tūm apud B. Calovium Socin. profl. tūm apud Scherzerum Colleg. Anti-Socin. quare actum non agemus.

XXXIV. Restat autem, ut de functionibus Prophetici Christi munieris, quæ magis ad propositum nostrum faciunt, aliquid dicamus. Istæ autem functiones sunt duæ: Prima consistit in doctrina seu institutione, secunda in doctrinæ istius

istius confirmatione. Quod doctrinam sive institutionem attinet, ipse Dominus Christus professus est Luc. IV.17.18.19.20.21. *sc̄ ad evangelizandum pauperibus*, non ad horrorem, per rigidam legis Mosaicæ exactiōnem incutiendum venisse, sic enim loquitur: *Spiritus Domini super me, propterea unxit me, ut exangelizem pauperibus misit me, ut medear contritis corde, ut prædicem captivis dismissionem, Et cœcis visus recuperationem, ut confractos emittam in libertatem, ut prædicem annum Domini acceptum &c.* Et certè in ista annunciatione asiduus fuit, nullâ habitâ ratione locorum, in templo, in media civitate, in plateis & compitis, in conviviis, in synagogis, in vicis & pagis, in maris littore, in domibus, in desertis locis. Et ne quis locus vacuus ab ea esset, post Apostolos etiam septuaginta discipulos

E 5 suos

suos in totam terram Judaicam ablegavit, ut de civitate in civitatem annunciationem istam suo nomine facerent, exceptis solis gentium & Samaritanorum urbibus, Matth. X. 2, 3. Sed deinde etiam ad omnes gentes sonus Evangelii perlatus fuit, ut Marc. XVI. & alibi videre est. Hæc autem doctrina nulla est alia, quam doctrina Evangelii, seu revelatione voluntatis divinæ, de æterna hominum salute & ejus consequendæ modo.

XXXV. Modum doctrinæ hujus, quo proposita est, quod attinet, in eo tanta sapientia & prudentia est usus, ut ne acerbissimi quidem hostes & adversarii aliquid, quod in ea jure carperent, quanquam impense volebant, reperirent, quin & subinde veluti obturato ore obmutescerent. Tām ardenterfimo zelo erga gloriam DEI Patris sui, &

po-

populi salutem flagrabat, tam inde-
fessè in docendo occupatus fuit, ut
ne cibum quidem capere potuerit.
Hinc etiam in ipsum quadrare illud
Psal. LXIX, 10. Zelus domus domi-
ni comedit me, discipuli animad-
verterunt, Joh. II, 18. Tantà aucto-
ritate & parrhesiâ docuit, ut ipsi i-
nimici ejus agnoverint, Matt. XXII,
16. Magister scimus quia verax es,
& viam DEI in veritate doces, &
non est tibi cura de aliquo, non e-
nim respicis personam hominum:
eamque Dominus ostendit, uti pa-
sim alibi, ita præsertim Matt. XXIII,
& Luc. XI. & c. XIII. 31, 32. neq; do-
cuit ut Scribæ & Pharisei, sed ut po-
testatem habens, Matt. VII, 29. neq;
ut reliqui Prophetæ, qui populum
allocuturi dicere solebant, ita dicit
Dominus, sed divinâ cum auctori-
tate, Ego dico vobis, Matth. V. pa-
sim, imò nunquam ita loquutus est

E 6 ho-

homo, ut homo iste, Joh. VII, 46.

XXXVI. Quod ad confirmationem doctrinæ suæ attinet, fecit eam duobus modis: Primò, per Scripturas Veteris Testamenti; Secundò per omnis generis signa, quibus doctrinæ alicujus divinitas adstrui potest. Per Scripturas Veteris Testamenti quidem frequenter, dum eas, utpote de se loquentes sibi applicat, vel dum eas allegat, ad veritatem dictorum suorum confirmandum, vel dum mysticum eorum sensum aperuit, vel per allusionem eas doctrinæ suæ accommodavit.

XXXVII. Per signa eam fecit tripliciter: (1.) Per triplicem scientiam, quæ Deo propria est, declarationem, nimirum cordium inspectionem, Joh. II, 23. & passim alibi; arcanorum revelationem, Joh. I, 49. & VI, 70. & futurorum prædictiōnem;

nem; exempli gratiâ, de morte & resurrectione sua, de afflictionibus, quas erant passuri discipuli sui, de excidio urbis Hierosolymitanæ, & templi destructione, calamitatibusque, quæ eam comitaturæ erant, de Petri abnegatione &c. (2.) Per potentiax divinæ demonstrationē, quæ in prodigiis & virtutibus ejus eluxit. Hæc enim fuit instar literæ fiduciariæ, quibus Jesus se à Deo missum esse probavit. Unde recte Nicodemus, *Rabbi, scimus te à Deo venisse Magistrum.* *Nemo enim potest hæc signa facere, que tu facis, nisi Deus fuerit cum eo,* Joh. III, 2. iisq; conspectis discipuli plurimiq; alii, aut ad fidem primum sunt adducti, aut in ea confirmati, Joh. II, II. 23. Et ipse ad miracula sua sæpè provocat, ut ostendat se à Deo missum fuisse. *Opera, quæ dedit Pater, ut perficiam ea, ipsa opera, quæ ego*

E 7 facio,

facio, testimonium perhibent de me,
 Joh. V, 36. & X, 36. cap. XV, 24. Matt.
 XI, 4. 5. Quà de causa Johannes ad-
 mirabundus ob incredulitatem Ju-
 dæorum exclamat: *Cum tanta si-
 gna fecisset coram eis, non credebant
 in eum*, Joh. XII, 37. Et ne solùm il-
 lis inservirent hæc miracula, qui ea
 oculis suis cernebant; sed etiam ut
 secuturis temporibus eundem ef-
 fectum producerent, scripto con-
 signata sunt, à fidelibus Jesu Chri-
 sti testibus. *Multa & alia signa
 fecit JESUS in conspectu discipulo-
 rum suorum, quæ non sunt scripta in
 libro hoc.* Hac autem scripta sunt,
 ut credatis &c. Joh. XX, 30. (3.) Per
 innocentiam cum vitæ sanctitate
 exquisitissimam, hæc adeò fuit per-
 fecta, ut ausus fuerit ad infensissi-
 morum hostium testimonium pro-
 vocare. *Quis ex vobis arguet me
 de peccato, si veritatem dico, quare*

110B

¶(iii) ¶

non creditis mihi? Joh. VIII, 46. Idcirco eum Apostoli passim sanctum & justum vocant. *Vos, inquit Petrus ad Judæos Act. III, 14.* *Sanctum & justum negastis, & petistis virum homicidam dari vobis.* Similiter Johannes Apostolus: *Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum*

i. Joh. II, 1.

XXXVIII. Ethactenus etiam de prophetico Christi munere. Restat tertium munus Redemptoris nostri, nempe *Munus Regium.* Quod consistit in regimine & tuitione suorum, hostium coercitione & de illis victoria: ut etiam in exhibitione bonorum per sacerdotale munus acquisitorum. Prophetæ si quidem est salutem annunciare, sacerdotis impetrare, Regis verò actu eam conferre. Ut autem, quantum per brevitatem licuerit, hoc munus

munus aliquanto clarius explicemus, agemus primum de ipso munere Regio Servitoris nostri, & tum de ipsius Regno. Circa regium Christi munus considerabimus primò illius veritatem, deinde illius functiones. Quod veritatem Regii muneris Christi attinet, extra controversiam est, Messiam olim sub Veteri Testamento promissum, Regem esse debuisse. Iesum autem Nazarenum, quem Christiani pro Salvatore suo amplectuntur, verum esse Messiam Israëlitis promissum, quanquam Judæi negent, non minus tamen certum est. In quo enim omnes notæ & indicia apparuerunt, ex quibus secundum Prophetarum oracula Messias agnosci posset, is est verus Messias à DEO olim promisus : In Iesu autem Nazareno omnes hæ notæ & indicia apparuerunt,

runt, indubium ergo manet, quin
is sit verus Messias. Notæ autem i-
stæ sunt vel communes, vel chara-
cteristicæ. Communes notæ Mes-
siæ sunt eæ, quæ spectant tempus &
locum adventus ejus, quæ in JESU
ad amusim quadrat.

XXXIX. Tempus erat secundum
vaticinium Jacobi Gen. XLIX. 10.
*Non auferetur sceptrum à Iuda, nec
legislator de femore ejus, antequam
veniat Schiloh seu Messias.* Secun-
dum Danielem cap. IX. Messias de-
buit venire circa finem septuagin-
ta hebdomadum annorum, quæ in-
choandæ sunt à tempore edicti in
gratiam Judæorum facti, quo illis
promissum est redire in Patriam, &
Jerusalem & templum restaurare,
& desinunt ante ultimam eorum
destructionem. Circa istud autem
tempus natus est Jesus. Secundum
vaticinia Haggæi & Malachiæ Mes-
sias

sias debuit venire sub secundo illo templo, quod Judæi reduces ex captivitate Babylonica extruxerunt. Quod pariter in Jesum quadrat, qui natus & passus est, antequam id à Romanis dirueretur, & solo æquaretur.

XL. Quod spectat alteram notam, locum puta, ubi nimirum Messias nasci debebat, ea erat urbs Bethlehem secundum vaticinium Michæ v. 7. *Et tu Bethlehem Ephrata, parvula es in milibus Iuda, ex te mibi egredietur, qui sit dominator in Israel, & egressus ejus ab initio, à diebus seculi.* Quod hoc de Messia intelligendum sit, agnoverunt principes sacerdotum & scribæ tempore JESU, interrogati ab Herode Matth. II. 5. Sed Messias etiam nasci debuit ex tribu Iuda, & ex familia Davidis, ut Gen. XLIX. seu ex Davide, qui ex tribu Iuda prognatus erat,

erat, 2. Samuel. VII. 12, 13, 14. conf. LXXXIX, 36. Psal. Huc pertinet illud Esaiæ c. XI, 1. *Egredietur virga de radice Jesse*, [Jesse autem erat Pater Davidis] *& flos de radice ascendet*. Unde etiam fit, ut Messias nomine Davidis aliquando designetur Ezech. XXXIV, 23. Cap. XXXVII, 24. 25.

XLI. Magis tamen characteristica nota erat, quod Messias plura miracula & majora editurus erat, quam Moses, aut ullus Prophetarum; ubi memoratu dignum est, quod secundum Judæorum calculum Moses 76. miracula ediderit, reliqui vero omnes prophetæ simul 74. idq; per multorum seculorum spacium; de Domino Jesu vero dicit Johannes, ipsum tot fecisse miracula, ut si scriberentur singula, mundus non posset capere libros, qui scribendi forent. Notandum

præ-

præterea, omnia pleraque miracula Jesu fuisse eximia beneficia, ut etiam nihil nisi bonum expectabatur à Messia. Mosis miraculorum autem major pars ad destrucciónem tendebant, non solum hostium, sed etiam ipsorum Israëlitarum, item quod Moses nullum mortuum resuscitavit, sed Dominus Jesus multos, unde ipsum vitæ auctorem fuisse patet. Præterea per Messiam Gentes vocandi erant ad cognitionem veri Dei, & abolenda idololatria, quæ in Jesum nostrum quadrant, ut qui etiam ex virgine nasci debuerat. Ergo JESUS ille est Messias, & per consequens etiam Rex, Rex, inquam, à nativitate, non solum designatione, sed reipsâ.

XLII. Qui enim ab ipsa nativitate, in homines, Angelos, diabulos, mortem, & Spiritum Sanctum dandi

dandi potestate fuit instructus; is rex non solum designatione, verum reipsa fuit; Atqui Christus ab ipsa nativitate in homines, Angelos, diabolojs, mortem, & Spiritum Sanctum dandi potestate fuit instructus: Ergo fuit reipsa à nativitate Rex. Sic etiam Angelus Luc. I, 31. 32. Mariæ Domini nativitatem annuncians ait, quod *ipse regnaturus sit super domum Jacob*, & quod *Deus illi daturus sit thronum Davidis patris ejus*, & cap. II, II. pastori- bus illius nativitatem annuncians, ait, *natus est nobis hodie Servator, qui est Christus Dominus*. Et Magi ex oriente venientes, quærunt *ubi sit Rex Iudeorum, qui natus est*, Matth. II, 2. Imò quædam regiæ po- testatis indicia etiam in terris o- stendit, dominiumque suum in res quascunque demonstravit, nempe cùm quævis miracula solo verbo effe-

effecit, cœcis visum restituit, mor-
 bis, ventis, tempestatibus, quin &
 dæmonibus, tanquam ipsorum Rex
 & Dominus, imperavit, homini-
 busq; in terra peccata remisit, ut vi-
 dere est Matt. IX, 2. Errant hîc er-
 gò iterum Domini Unitarii, qui pu-
 tant, Christum ante mortem solum
 designatione Regem fuisse; in ter-
 ris supremam potestatem in homi-
 nes non habuisse, neque in Ange-
 los, neque diabulos, neque in mor-
 tem, neque Spiritum Sanctum lar-
 giendi potestate fuisse instructum.
 Cùm tamen sacræ literæ expressissi-
 simè afferant, cùm etiam in diebus
 carnis suæ ante mortem *Filiū Dei*,
 Luc. I, 35. *Regem natum*, Luc. II, 11.
Regem Israelis, Joh. I, 49. *in forma*
Dei, Phil. II, 6. *divitem*, 2. Cor. VIII,
 9. *Dominum glorie*, 1. Cor. II, 8. &
qualem D E O, Joh. V, 18. *unum cum*
D E O, Joh. X, 30. fuisse. Imò quòd
 omnes

omnes Angeli eum adoraverint,
Ebr. I, 6. ipsi ministraverint ut Do-
mino, tūm circa nativitatem, tūm
post temptationem Satanæ, Matth.
IV, ii. &c. sed de his Calov. Prost.
Socin. videri potest.

XLI. Quanquam autem verè,
non designatione solūm, Rex fue-
rit Christus in terris, eam tamen
regiam eminentiam plenariè usur-
pare noluit ob opus redēptionis
nostræ, sed ejus plenariam & glo-
riosam administrationem omnium
in cœlo & in terra; demum per ex-
altationem ad dextram DEI, adiit;
quare etiam quia tunc demum ma-
jestatem & gloriam suam ostendit,
hoc respectu dicitur, quod DE-
US dextra sua sursum eum subla-
tum constituerit Principem ac Ser-
vavorem, Act. V, 21. Non quasi ante-
tea Princeps & Servator non fue-
rit, sed quia exaltatus actu regiam
maje-

majestatem ostendit, quæ antea hu-
militate & passionibus ejus, quasi
umbrâ quâdam, obducta fuit. Et
hæc etiam de veritate muneric Re-
gii.

XLIV. Sequuntur ejus functio-
nes, quæ omnes ad quatuor potissi-
mum classes reduci possunt. Pri-
ma est redemptio, nam quemad-
modum princeps quispiam hostis
sui regnum invadit, & eundem oc-
cupat, sic etiam Christus nos, qui
sub potestate diaboli per peccatum
eramus, victo diabolo, & destructo
ejus regno, sibi in populum pecu-
liarem fecit, ut ejus regnum inter
nos esset, & nos ejus subditi esse-
mus; probat hoc Paulus Col. I, 13.
**DEUS eripuit nos ex potestate Diabo-
li, ac transtulit in regnum Filii sui
dilecti; in quo habemus redemptio-
nem per sanguinem ipsius, id est, re-
missionem peccatorum. Quia autem**
Re-

Regnum suum Dominus Christus per prædicatum Evangelium fundat, hinc non prius, licet ab ipso redempti, reddimur Regni ejus participes, quam per fidem, quæ est ex Evangelio, ex regno Satanæ egressi, in ejus regnum ingressi fuerimus, & sic cives seu municipes ejus regni facti fuerimus. Unde secunda functio sequitur, nimirum. Vocatio ad participationem regni sui: cum Christus, ut vidimus, subditos in terris non invenerit, sed ut haberet, necesse erat eos tales efficeret. Totus enim mundus extra Christum consideratus in maligno est positus, Joh. V, 19. homines enim peccatis immersi, quid sunt, nisi subditi diaboli, cuius voluntatem faciunt. Quare inducendi sunt, ut relicto tyrannico ejus imperio se Christo regendos subjiciāt, quod facit per Evangelium, cuius primos

F

præ-

præcones constituit Apostolos, & quia vult, ut ubique terrarum usq;
ad finem seculi hoc Evangelium
annuncietur, hinc factum, quod i-
pse dederit quosdam quidem Aposto-
los, quosdam autem Prophetas, alios
Evangelistas, alios autem Pastores
& Doctores, in adificationem corpo-
ris Christi, Eph. IV, ii.

XLV. Tertia functio muneris
Regii est certorum actuum præscri-
ptio iis, quos ad regnum suum vo-
cat. Iste autem actus sunt Fides, &
& hinc manans resipiscientia & vi-
tae sanctitas, vita inquam ista voca-
tione & huic regno digna, tamque
beati regni subditis conveniens.
Unde ad Tit. III, 8. dicitur: *Fidelis*
sermo est, & de his volo te confirma-
ri, ut carent bonis operibus præesse
qui credunt D E O, hac sunt bona &
utilia hominibus. Hinc etiam Do-
minus Christus dicit, oportere in no-

98ine

(123)

mine suo predicari resipiscentiam &
remissionem peccatorum in omnes
gentes. Vide plura Luc. XXIV, 47.
Joh. III, 36. Rom. VIII, 13. Tit. II, II.
12. 13.

XLVI. Media, quibus hæc Do-
minus noster exequitur, duo sunt:
Verbum & Sacra menta. Per *Ver-
bum* homines gratiōsē vocat ad
participationem regni sui, & rituū
istorum præstationem. Et quia fie-
ri non potest, ut homines viribus
naturalibus vocationi isti pareant,
Christus hanc prædicationem Ev-
angelii sui Spiritu suo comitatur,
qui deinde per verbum operatur,
& velle & perficere, & sic vires ad
vocationi suæ parendum requisitas
largitur, perq; efficaciam suam in-
corda hominum penetrat, & hoc
pacto eos ad obedientiam Evange-
lii præstandam flectit, ut sic totam
salutem homo ipsi in solidum acce-

F 2 ptam

ptam ferat. Huc jam pertinet eximium illud monitum dilectissimi nostri Salvatoris, sancto ipsius ore ad solatum dilectorum suorum pronunciatum, dignum certè quod memoriae nostrae plusquam aureis inscribatur literis, Matth. XI, 28. 29.

30. *Venite ad me omnes, qui fatigati estis & onerati, & ego faciam ut requiescatis. Attollite jugum meum in vos, & discite a me, quod mitis sim & humilis corde: & invenietis quietem animabus vestris. Jugum enim meum facile est, & onus meum leve est.* Leve inquam, quia ut Petrus dicit 2. Epist. I, 3. per divinam ejus virtutem nobis jam omnia donata esse, quae ad vitam & pietatem faciunt. Hic autem spiritus, Evangelium concomitans, continuis ab ipso Domino precibus exposcendus est, ut Luc. XI, 13. docemur.

XLVII. Alterum medium sunt

Sa-

*Sacra*menta, per quæ uti fideles ve-
rè quasi regnunt, ita non minus cer-
tos eosdem reddit, de accepta pec-
catorum remissione, & suscep-
tione in gratiam, ut sic eò alacriùs in
pietatis stadio currant, nec de gra-
tia DEI unquam desperent.

XLIX. Quarta functio est *Ju-
dicium*, proprium potestatis regiæ
& evidentissimum documentum.
Hoc autem exercet vel in hoc vel
in futuro seculo. Utrumque
autem respicit, vel fideles, vel infi-
deles ac impios, qui jugum ejus re-
spuunt, imperiumque detrectant.
Fideles autem vel officio suo sedu-
lò incumbunt, vel socordiâ quâ-
dam aut peccati tentatione allecti
labuntur, aut etiam quandoque in
gravius incident peccatum. Offi-
cium sedulò facientes Spiritu pro-
missionis Sancto in spem vitæ æter-
næ obsignat, hinc dicitur: *Obsigna-
visse*

visse nos & dedisse pignus Spiritus in
 cordibus nostris, 2. Cor. I, 22. Eph. I,
 13. porrò etiam bona hujus vitæ
 largitur, quatenus saluti ipsorum
 conducere novit, modò ad præci-
 pua adspirent: unde illud, *Quari-*
te primum regnum Dei & justitiam
eius, & cetera adjicientur vobis,
 Matth. VI, 33. item: *Pietas ad omnia*
utilis est, promissionem habens hu-
jus & futuræ vitæ, 1. Tim. IV, 8. Huc
 pertinent castigationes, quibus fi-
 delium pigritiam excitat, & à lapsi-
 bus erigit, ne cum mundo pereant,
 sed ut novum ardorem concipient,
 & remissionem consequantur, 1.
 Cor. XI, 37.

XLIX. Infideles autem excœcat
 & indurat, tradit in reprobam men-
 tem, & nonnunquam punit in hac
 vita pœnis corporalibus. Sic Mulie-
 rem Jesabelem in lectum se conje-
 turum, filiosq; ejus imperfectum
 mina-

minatur, Apoc. II, 22. 23. Et quando potestate suâ ad fidelium perniciem abutuntur, compescit eos, ne suis noceant, nisi quantum fidei & constantiae illorum exercitium expedire judicat, I. Cor. X, 13. Apoc. II, 10. & alibi. Huc quoque pertinet abolitio & destructio *avōps* illius, de quo legimus Eph. II. quem Dominus spiritu oris sui conficiet, & claritate adventus sui, quocunque tandem tempore contingat, quod quidem jam nos prope adesse confidimus, abolebit. Tum & varia illa, quae Johanni sub diversis visionibus in Apocalypsi revelantur, quibus judicia varia Domini in impios, ut & fidelium multiplices præservationes à malo, aut è malis liberationes, præfigurantur, quæ nō dum omnia impleta esse, eventus docet. Die autem supremo de omnibus hominibus & eorum factis,

universale feret judicium, & redet unicuique secundum opera; fideles suscitatos è mortuis assumendo secum in felicitatem æternam, contrà infideles in æternum ignem abjiciendo, Joh. V, 27. 28. quod judicium graphicè nobis describitur Matth. XXV, 31. 2. Thess. I, 7. 8. 9. 10. &c.

L. Sed videamus etiam hujus Regis nostri Regnum, illud triplex est: *Regnum Potentiae, regnum gratiae, & regnum gloriae*. Regnum potentiae est illud, in quo Christus cum Patre suo cœlesti & Spiritu Sancto, in omnes creaturas sine discrimine, eas conservando & gubernando regnat, inimicis suis frenum injicit, & tandem poenæ subjicit, ut Psal. II, 8. 9. *Pete à me, & dabo gentes in possessionem tuam, & fines terræ jus possessionis tue, confringes istos virga ferrea, ut vas fuginum dissipabis eos.*

LI.

LI. *Regnum gratiæ* est illud, quod aliàs etiam regnum cœlorum, & quod Domino Christo maximè proprium est, quando ipse in Ecclesia sua regnat, eam tuetur, gubernat, contra adversariorum assultus defendit, eamque suæ gloriæ participem reddit. Regnum gloriæ autem est, quando Dominus Christus in omnem æternitatem, in, & cum Electis suis dominabitur, quando delebit vel absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, hoc est, quicquid est lachrymabile, quicquid fletum ciere potest, & hactenus quidem lachrymas ciere consuevit, id ab eis tollet, atque avertet, quando inquam ejus conspectu, à quo perpetui voluptatis ac lœtitiæ rivi manant, insatiabiliter perfruentur, ejusq; ineffabilis gloriæ supra captum nostrum in perpetuum participes habebit. O

F5 uti-

utinam tantæ felicitatis desiderio
 & capti, omnibus viribus eò connita-
 mur, ut in hoc Regnum gloriæ Re-
 gis nostri recipiamur, quod quidem
 a fiet, si in regno ejus gratiæ, quod in
 Ecclesia consistit, ita nos gesserí-
 mus, ut digni fuerimus ejus incolæ,
 & singulari cum reverentia in con-
 spectu Regis nostri fuerimus ver-
 fati.

LII. Notandum interea, nos hic
 maximè agere de regno gratiæ, un-
 de sciendum, non esse hoc regnum
 ex mundo seu mundanum, sed spi-
 rituale ac divinum, unde omnes e-
 jus incolæ debent esse spirituales.
 Vocatur autem regnum gratiæ
 propterea, quia hic maximè se Do-
 minus Christus Regem gratosum
 exhibet, dum maximè hic nos suæ
 gratiæ, omniumq; salutarium bo-
 norum suorum participes facit.
 Unde non solum in regno poten-
 tiæ

tiæ & virtutis suæ cum aliis omnibus creaturis sumus; verum peculiari etiam quâdam ratione, & propius nos sub ejus providentia, protectione & regimine degimus, nempe in Ecclesia sua, quam proprio, Dei inquam, sanguine acquisivit, lavit, & sic tanquam caput membrorum maximè curam gerit.

LIII. De hoc regno duo nobis veniunt consideranda, *Amplitudo nimirum & duratio*. Amplitudo ejus tam latè extenditur, quam Evangelium prædicatum fuit, & adhuc prædicatur. Unde misit Dominus Christus Apostolos suos, ut prædicarent in ejus nomine resipientiam ac remissionem peccatorum apud omnes gentes, incipiendo ab urbe Hierosolymorum, Luc. XXIV, 14. Sic Matt. XXIV, 14. dicitur, quod oportuerit hoc Evangelium regni prædicari in toto terrarum orbe. In-

F6 terim

terim regnum hoc in terris variis
mutationibus est obnoxium, quandoque enim latius patet, quandoque
ex uno loco ob ingratitudinem
subditorum, planè in alium locum
Rex hic noster migrat unà cum Re-
gno suo gratiæ, atque ita angustio-
ribus terminis tunc temporis hoc
regnum circumscribitur. Imò eo
usque pervenire angustando potest,
ut quoad exteriorem formam seu
speciem prorsus invisibilis redda-
tur, nihilque oculorum aciem ex ipsa
perstringere posse, nihilo minus
tamen habet hic noster Rex re-
gnum in mundo, licet in abdito.

LIV. Regnum potentiae autem
latius patet, imò nullis prorsus ter-
minis circumscribi potest, est enim
universale, adeò ut etiam Angelos
in cœlo & dæmones complectatur.
In Angelos imperium Christi obti-
nere patet Eph. I, 21. 22. Phil. II, 10.
Heb.

Heb.I,6.7. I.Pet.III,2. Eorum enim opera utitur, maximè ad diaboli astus ac fraudes, quibus fidelium saluti insidiatur, retundendum, vide Apoc. I, 12. sic & alia exempla habemus Act.V,19. in Apostolis, & Petro speciatim, Act.XII,7. Dæmones autem Christo adhuc in terris versanti usque adeò subjecti fuere, ut solo ejus iussu ex obsessorum corporibus ejecti sint, neque nisi ejus permisso porcos ingredi potuerint.

LV. Quamdiu autem regnum hoc duraturum sit, docet nos Angelus Gabriel, nativitatem Christi Mariæ Virgini annuncians, dum inquit: *Regnabit in domo Jacobi in æternum, & regni ejus non erit finis,* Luc. I, 33. congruenter iis, quæ legimus Dan. II, 44. *DEUS suscitabit regnum cœli, quod in æternum non dissipabitur.* Nullam ergò prætendere possunt causam Domini Uni-

F7 tarii,

tarii, cur hoc ipsum negent. Nam
 quæ ab ipsis adferuntur ex i. Cor.
 XV, 24. & seq. qualia sunt, quod Do-
 minus sit regnaturus, donec inimicos
 suos pedibus subjecerit, quod ultimus
 inimicus sit mors, qui non destrue-
 tur, nisi in mortuorum resuscitatio-
 ne: Quod omnibus hisce subjectis i-
 pse Filius Patri regnum tradet, Pa-
 triq[ue] subjectus futurus sit, nos facile
 agnoscamus, neque hæc repugnant
 iis locis, ubi regnum Messiae dici-
 tur æternum: Hoc tantum docent,
 regnum Christi mediatorum tunc
 habiturum suum complementum,
 & sic modus regiminis immutabi-
 tur, regnumq[ue] gratiæ, quod nunc
 per Verbum & Sacra menta admi-
 nistratur, deponendum in fine
 mundi. Post judicium tamen re-
 gno ac gloria sua non erit destitu-
 tus Dominus, sed ut Ecclesiæ suæ
 caput triumphabit, ac in æternum
 regna-

regnabit cum Patre, gloriaq; ejus perfectissimè consummabitur, ita ut licet regnum ejus mediatorium complementum suum habeat; regni tamen ejus gloriosi nullus unquam futurus sit finis. Qui enim fideles suos in gloriam ac immortalitatem introduxit, ipse, ut eorum caput, maximè gloriâ immortali triumphabit.

LVI. Hæc cùm ita se habeant, videmus etiam contra Papicolas, Dominum Christum nullum Vicarium h̄ic in terris habere, sed omnia immediate administrare, ut præsentem; neque Vicario ullo indigere, cum ipse omnibus regni sui negotiis sufficere valeat, eaq; ipse administrare velit. Ineptū etiam est, regē præsente concipere vicarium, at verò Rex noster semper nobiscum est, Matth. XXVIII, 20. Pro-Regem verò absq; diserto Regis mandato

crea-

(136)

creare, ad summam Regis injuriam pertinet. Ruit ergo vicariatus Papæ, quia Christus nullum in terris Vicarium constituit, immo expresse Ecclesiæ ministris omnem dominatum interdixit Matth. XX, 25. 26. tūm etiam, quia solus Christus est Caput Ecclesiæ, quæ corpus ejus est mysticum. Distinguere autem hic inter caput principale & ministeriale, est oppositum in opposito fingere, & naturam capitis abnegare. Sed de his aliás. Et hactenus etiam de ipso Redemptore, tūm quoad ejus personam, quam etiam munera dicta sufficient.

CAPUT IV. *De ipso Opere Redemptionis.*

I.

VIdendum jam etiam nobis est, ipsum opus Redemptionis,
quod

quod quidem, licet ex dictis aliàs, sufficienter quis animadvertere posset, quatenus in illis inclusum est, neque à functionibus triplicis sui muneris reipsa differat, eò quòd sit opus Mediatoris, officium autem mediatorium in his tribus muneraibus consistat: attamen ut aliquantulum adhuc clariùs appareat, quomodo Jesus Christus Mediator seu Servator noster existens, opus hoc Redemptionis per tria sua munera peregerit: è re fore putamus, dictis aliquid uno atque altero verbo addere, quod ut quàm breviter fiat, primò considerabimus requisita redēptionis, ea tria constituemus, secundò, in quo opus ipsum consistat, tertiò, quomodo peractum sit.

II. Quod ad requisita redēptionis attinet, hīc ante omnia extra controversiam ponimus, redemptio-

emptionem in sacris literis aptari
 ad liberationem nostram à pœnâ
 commerita, ut apparet ex Gal. III,
 13. Rom. III, 24. In omni autem red-
emptione tria occurunt, primò o-
portet aliquem esse captivum, qui
 hoc loco sunt omnes homines, qui
 miserâ servitute, sub dominio pec-
 cati premebantur, hinc dicebamur
servi peccati, ad Rom. VI, 13. Joh. II X,
 34. Illi autem, qui homines capti-
 vos detinebant, erant peccatum,
 mundus, diabolus, & mors æterna.
 Christus est redemptor, per quem
 à captivitate nostra liberamur; ita
 tamen, ut à SS. Trinitate, maximè à
 Patre tanquam primo fonte red-
 emptio oriatur. Redemptionis
preium est Christus Θεός θεωπον, seu
 ejus obedientia tum activa, tum
 passiva, ut vocant. Cui preium
 persolutum, est DEUS, ut justus.
 Unde animadverti potest contra-

Uni-

Unitarios, hanc redemptionem,
non esse metaphoricam, sed maxi-
mè propriè dictā, utpote quæ con-
sistat in persolutione pretii, seu sa-
tisfactionis Deo præstitæ, non ideò
tantum, quasi hoc præmium Deum
moverit, ut nos à poena liberaret,
quemadmodum vult Grotius con-
tra Socinum, nam motus erat De-
us jam anteā miseriā nostrā, tan-
quam misericors Pater, unde etiam
Filiū suū misit; sed etiam &
quidēm præcipue, quod persoluto
pretio & præstanto id omne, quod
nos facere debeamus, justitiæ divi-
næ pro peccatis nostris satisfecerit,
hancq; liberationē, & ex ea manan-
tes fructus, nobis promeruerit. Nam
redimere aliquem est debitum sol-
vere creditori. Quod si verò Gro-
tius vocem *movendi*, in magis pro-
pria & perfectissima significatione
accepit, ut notet eum, cuius volun-
tas

tas vel in contrarium propendeat,
vel saltem ad rem aliquam per se-
ipsam non sit prona, *impellere*, ut a-
liquid velit, faciat, imò debeat, sal-
va erit ejus sententia. Aliàs si in la-
tissimâ significatione vox illa acci-
piatur, aliud erit movere Deum, ut
nos à poena liberet, aliud, ei verum
preatum pro peccatis nostris debi-
tum persolvere, seu verè satisface-
re. Movetur enim DEUS ad libe-
randum à poena etiam precibus,
poenitentiâ & lachrymis peccato-
ris, ut olim precibus Mosis pro Is-
raëlitico populo interpositis. At
nulla tamen in illis vera pro pecca-
tis est satisfactio.

III. Propriam esse hanc redem-
ptionem, quia debitum creditori
nostro nomine persolutum atque
sic satisfactum est, patet ex Gal. III,
13. ubi Paulus differens inquit: *Lex*
non est ex fide; sed qui fecerit ea ho-
mo,

mo, vivet in ipsis, Christus vero redemit nos ab execratione legis; sed quomodo? dum pro nobis factus est execratio. Sic ad Tit. III. Exspectantes, inquit Paulus, beatam illam spem & illustrem illum adventum gloriae magni illius DEI ac Servatoris nostri Jesu Christi. Et quomodo quæso Servatoris nostri? Addit versu seq. qui dedit seipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi ipsi populum pecuniam &c. Sic Petrus I. Ep. I. Quum sciatis, inquit, vos non caducis rebus argento & auro fuisse redemptos ex vana vestra conversatione ex patrum traditione accepta, sed pretioso sanguine, utpote agni immaculati & incontaminati, nempe Christi. Sic loquitur Christus de seipso Matth. XX, 28. Filius hominis non venit, ut sibi ministraretur, sed ut ministraret, & daret animam suam redemptionis

pre-

pretium multis. Sic etiam dicebat Paulus ad Rom. III, 24. *Redemptionem factam esse per Jesum Christum, quem proposuit Deus, ut esset placamentum per fidem;* Sed quomodo, utrum absque satisfactione? Non sane. Addit enim id factum à Christo Jesu *fuso sanguine suo.* Sic Col.I, 14. Esai.LIII, &c. Scio quidem quid hic excipient Unitarii, nimirum *λύτρον* sive *pretium* in istis & similibus locis dici impropriè, cum propriè dictum *λύτρον* sive *pretium* sit id, *juxta Socinum contra Covetum*, quod à detinente accipitur. Sed si vox *acciendi* rigidè sumatur, nō erit accurata definitio, quia sic factis aptari non poterit, sed rebus solis. At factis quoque potest liberatio fieri, seu satisfieri. Sed dato sufficientem esse definitiōnem: nostram tamen sententiam minime evertet: nam possumus accepto-

ceptorem dicere Judicem , tanquam juris & æqui ac boni communis curatorem, hoc autem in negotio dicitur DEO λύτρον persolutum esse.

IV. Nec immeritò. Nam cum Deus hominem ad imaginem suam, in perfecta justitia & sanctitate, in eum finem creasset, ut eum toto corde, tota anima, & totis viribus diligenteret, eum coleret; homo autem Diaboli consiliis seductus, majorem perfectionem affectare inciperet, & sic seipsum pro creatore suo diligere, atque mandatum DEI transgredi non vereretur, hinc factum est, ut originali illa sanctitate & justitia amissa, in dominium malorum suorum affectuum sua culpa inciderit , & sic servus peccati, & mancipium diaboli è Filio DEI evasit, quem illicò mors æterna ex justo DEI judicio manere potest.

poterat. Sed Deus, qui multus est
 misericordia, nec vult, ut quispiam
 pereat, non enim delectatur morte
 impii, notam facere cupiens miser-
 icordiam suam, mox loco tristissi-
 mæ denunciationis æternæ mortis,
 latissimum de semine Mulieris,
 contrituri caput serpentis, eosque
 in beatum statum asserturi, ipsem et
 promulgat nuncium, & licet pro
 sapienti sua dispensatione, impleti-
 onem hujus promissi, aliquantu-
 lum longius proferret, volens suos
 ad tempus sub legis rigore in offi-
 cio detinere, & sic status innocen-
 tiæ reminisci; tandem tamen post-
 quam venit plenitudo temporis, e-
 misit Deus Filium suum factum ex
 muliere, & sic semen mulieris, ut
 contereret caput serpentis, & ope-
 ra ejus prorsus dissolveret. Opera
 autem Diaboli sunt hæc, peccatum
 nimirum & mors æterna, ad quo-
 rum

rum dissolutionem totum se Christus impendit. Non sufficiebat autem solum opera diaboli dissolvere, sed necesse erat, nos quoque à peccatis liberare, Deoq; reconciliare; Deus autem, qui non minus justissimus, quam misericors est, & & necessariò odit peccatum, non aliter, quam interveniente satisfactione ejus justitiæ, reconciliari cum peccatore potest.

V. Cum autem in omni satisfactione duo occurrant: *Materia* nimurum & *Forma*. Materia hujus satisfactionis passim in sacris literis urgetur, ut: *pono animam meam*, Joh.X, 15. item, *reconciliavit nos per mortem*, Col.I, 22. Morbi hæc consideratur in sacris literis, cum tribus præcipue qualitatibus, ut *cruenta*, ut *ignominiosa*, ut *infernalis*. Qualitas mortis cruentæ denotatur voce sanguinis, ut *bic est sanguis Novi*

G Fæ-

Fœderis, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum , Matth. XXVI, 28. Deus acquisivit Ecclesiam suo proprio sanguine , Act. XX, 28. item, Deus Christum constituit propitiatorium per fidem in sanguine ipsius, Rom. V, 9. vide etiam Ephes. I, 7. cap. II, 13. Col. I, 14. 20. Hebr. X, 21. 22. I. Pet. I, 2. I. Joh. I, 7. Apoc. I, 5. Qualitas altera mortis ignominiosæ, notatur voce crucis , maxima enim supplicio isti inest ignominia ; tūm voce contemptus , quam usurpat Propheta Esa. LIII, 3. Tertia qualitas mortis infernalis designatur locutionibus ; cœpit contrastari , gravissimè animo angi, & expavescere, Matth. XXVI, 37. Matth. XIV, 33.

VI. Hoc autem hīc maximè notandum, quod in omnibus suprà allegatis locis, qui de remissione peccatorum potissimum agunt, mentionem fieri mortis, crucis & sanguinis.

guinis. Imò passim profiteri Apostolos, se nihil nosse, nihil docere, nisi Christum, eumq; crucifixum, I. Cor. I, 23. & II, 2. atque hinc ipsum Evangelium vocatur ab ipsis sermo crucis, I. Cor. I, 18. Quod certè ostendit, singularem aliquem & proprium effectum huic morti tribendum esse. Quod Domini Unitarii non faciunt, nec facere possunt, ut qui nullam vim satisfactoriam ejus morti tribuunt. Crellius contra Grotium sic scribit: cap. VIII. Quæ passus est Christus, non æquasse illa, quæ nos ob peccata nostra pati merebamur, ac proinde divinæ justitiae pro peccatis nostris verè non satisfecisse; quia inter hæc & illa nulla fuerit proportio, utpote inter finita & infinita, seu temporaria & æterna, inter unius & innumerorum supplicia, & qualitate, seu acerbitate & atrocitate per se multum dis-

G 2 simi-

similia. Ubi non videtur personæ dignitatem considerasse, ob quam pœnæ æstimatio augeatur, atque adeò divinam Christi naturam & summiam ejus perfectionem ad pœnæ valorem nihil afferre ponderis existimavit. Cùm tamen pœnam hanc æstimasse debebat inde, quod is, qui pœnam ferebat, erat Deus, et si eam non ferebat, quà Deus. Quo spectat illa locutio, quà Deus dicitur acquisivisse Ecclesiam propriq sanguine, Act. XX, 28. ut & alibi dicitur: Dominus gloriae crucifixus, I. Cor. II, 8. hinc emphaticè in Scriptura dicitur sanguis Domini, I. Cor. II, 27. sanguis Christi, Hebr. IX, 14. sanguis Jesu Christi Filii Dei, I. Joh. I, 7. Venit etiam in eandem æstimationem perfectissima Christi innocentia ac sanctitas. Hinc pretiosus dicitur sanguis, utpote agni inculpati, I. Pet. I, 9. allusione facta ad modum

rem

rem apud Hebræos receptum, ut
sacris exhiberentur pecudes can-
dore omniq; corporis formâ præ-
stantes.

VII. Quod h̄c objiciunt, divini-
tatem pati non potuisse, ideo han̄e
in poenæ considerationem non ve-
nire, perinde est ac si dicant, nihil
referre privatū an Regem, Patrem,
an ignotum, verberes; quia verbe-
ra in corpus dirigi soleant, non in
dignitatem aut cognationem: sed
ab isto errore, ut alia omittam, et
iam commune judicium dissentit.
Nam populi, quorum instituta ma-
xime laudantur, pœnas æstimarunt
ex personarum dignitate, & attri-
butis aliis. Quare ex Romanorum
legibus, quas constat æquitatis esse
plenissimas, pœnæ variantur pro
conditione personarum, atq; ea ve-
ra æqualitas creditur, si inæquales
inæqualia patientur. Jam verò

(150)

Christus, qui passus est, persona di-
vina est.

VIII. Sed licet Crellius supra me-
morato libro prætendat, se cum So-
cino, & qui eos sequuntur, talem ef-
fectum, qualem supra §. VI. cap. IV.
asseruimus, morti Christi tribuere
posse, atq; adeò tribuere. Nihil ta-
men nisi verba sunt, quia mox ad-
dit, tamen id omnino faciendum
esse, ex tam crebra mentione mor-
tis in hoc negotio non sequitur, sa-
tis inquit est, mortem Christi inter
cætera, quæ ad remissionem pec-
catorū nobis parandam pertinent,
aliquā ratione eminere, & majo-
rem quendam ex rei natura, cum ea
nexum habere. Unde videmus,
contra omnem Sacræ Scripturæ af-
fertionem non unicæ morti Chri-
sti tanquam sacrificio expiatorio,
quæ vim satisfactoriam habeat, in
solidum remissionem peccatorum

no-

• (151) •

nostrorum à Crello tribui, quod
tamen faciendum erat ei, qui di-
gnè de morte Christi loqui velit.

IX. Quod jam formam Redem-
ptionis ejusq; modum attinet, illa-
est pœnarum pro peccatis persolu-
tio; quod quia Domini Unitarii ne-
gant, jam nobis probandū incum-
bit. Negare nemo potest nos pec-
catis nostris pœnam, & quidem æ-
ternam, ex justo Dei judicio prome-
ritos fuisse. Cùm autem nec Dei ju-
stitia, nec immutabili Dei veritati,
neque maledictioni divinæ conve-
niat sine ulla compensatione aut
satisfactione peccata condonare,
quandoquidem justitia Dei requi-
rit, ut peccata puniantur, aut satis-
factio fiat pro peccatis, quâ de re
supra fusiùs: nec veritas Dei per-
mittit, ut sine ulla pœna aut satisfa-
ctione illa condonet, cùm eisdem
pœnas minatus sit, & maledictio

G 4 etiam

etiam divina obstet, quo minus id fiat; sequitur eam homini simpli- citer & absolutè condonari non potuisse, sed necesse peccatum suum, id est, pœnam peccati, ferre debuisse. Quia autem homo, qui in peccato jacebat, non secus pecca- tum suū ferre poterat, quām æter- nam pœnā luendo, & sic æternū pereundo; Ecce CHRISTUS Me- diator & Sponsor noster pecca- ta nostra ferre & debuit, & potuit, utpote, qui non solum absque pec- cato esset, sed maximè quia ob per- sonæ dignitatem ut Θεος παπος, in- finiti valoris pœnas, pro ratione peccatorum nostrorum ferre po- terat. Hinc dicit Petrus I. Ep. II, 24. Christum peccata nostra sursum tu- lisse in corpore suo super lignum, cu- jus vibicibus sanatis sumus. Item Es. LIII. Jehovah fecit, ut incurrat in eum pœna omnium nostrūm; id est,

con-

conjecit sive impegit in eum pœnā omnium nostrū. Exigitur peccatum, i.e. pœna peccati, secundūm phrasin Scripturæ, & ipse affligitur, quod quid clarius dici possit, ad probandum Christum pro nobis pœnam pependisse non video.

X. Socinus tamen, & cum ipso Crellius omnem movent lapidem, ut sensum horum verborum ad suum sensum detorqueant, dicunt enim, non idem esse peccata alicui imponi, vel peccata ferre, & pœnas pro peccatis ferre. Et producunt exemplum ex Lev. XVI, 21. 22. ubi dicuntur peccata imponi hirco expiatorio, & ipse hircus dicitur ferre peccata populi in vastam solitudinem, nec tamen ullo modo dici posse, hunc hircum pœnas pro peccatis populi pertulisse. Respondeo, quo jure boni viri hunc locum ad vindicandū suum sensum sumiant,

non video, ut qui eis neutiquam favet. Cùm poëna generaliter sumta etiam in bestias optimo jure cadat. Sic Genes. IX, 5. *Sanguinem omnium animalium vestrarum reposcam, ab omni bestia reposcam illum.* Item Exod. XXI, 28. *Si quis cubuerit cum iumento, omnino morte afficitor. Iumentum quoque ipsum occiditote.*

XI. Objicit Crellius, se quidem non negare, poënam generaliter sumptam etiam in bestias cadere, verum tūm demum inquit, id ex D E I instituto aut voluntate fieri, cum etiam ipsæ aliquā ratione exorbitant, & à via sibi naturaliter à D E O præscripta deflectunt, seu ut Scriptura loquitur, viam suam corrumptunt, & sic poënam quasi sibi adsciscunt. Resp. hoc in hirco isto locū non habere, quum nunquam talis hircus ad rem sacrā fuit adhībitus, aut à D E O requisitus, qui viam

viam suam aliquo modo corrupset.

XII. Nec est quod objiciat, hircum hunc emissarium non fuisse occisum; ad peccatorum autem remissionem fusionem sanguinis seu mortem fuisse requisitum: Præterea quod si hircus ille supplicium pro peccatis populi morte debuisset luere, eaque res ad expiationem peccatorum ita pertinueret, ut sanguinis effusio, de qua ad Heb. IX, 22. qui potuisset fieri, ut Moses, qui totam hanc sacrificii anniversarii ceremoniam Dei jussu, tam copiosè perscripsit, id retinueret: Resp. Hircum hunc emissarium nullam poenam sustinuisse, perperam negatur: Nam primò, hunc ipsum hircum de loco sublimi in deserto præcipitatum, atq; ita neci datum, et si Scriptura disertè non dicat, Hebræi tamè interpretes conveniunt:

G 6

Sed

Sed secundò, licet hoc non sit, quid tamen aliud illa in vastam solitudinem missio & abactio minabatur, quam mortem minimè naturalem, aut ex fame, [quod Crellio non placet] aut ex fœstrarum laniatibus. B. Scherzerus notat ex Rabbi Levi Leg. quòd hircus hic ita debebat à viro in desertum deduci, ut certò moreretur, ne inutilis illa missio in desertum esset: Et fuisse virum illum propter hirci imperfectionem immundum redditum, plurimi arbitrantur.

XIII. Nec hīc subtilizatio Crelli contra Grotium quicquam valet, quòd hircus hic non dicatur in deserto tulisse peccata, sed in desertum; nam hircus omnia totius populi peccata portavit, quare eadem etiam portavit in deserto: Deinde portavit quoad vixit; ergo etiam in deserto, unde tangens eum in deserto

ferto pollutus & immundus, ab im-
posita hirco peccata erat. Sed quid
opus est multis, ex his satis patet,
vocem imponendi peccata alicui
non aliter debere sumi, quam ut si-
gnificet exactio[n]em, & referri de-
bet ad nomine proxime antecedens,
quod est peccatum. Exigere au-
tem peccatum, nihil aliud est, aut
esse potest, quam exigere poenam
peccati. Et haec etiam de Opere
ipso Redemptionis dicta sunt.

ANNEXA QUÆDAM.

I.

DEUS in hoc negotio Redemptionis
considerandus est, non solum ut ju-
stissimus Judex, verum etiam ut sapien-
tissimus ac benignissimus Rector.

II. Justissimus Judex quidem in eo,
quod noluerit peccata impunita dimit-
tere, quia justi judicis est, nullum pecca-
tum impunitum dimittere.

G 7

III.

III. Sapientissimus ac benignissimus Rector, quo ad ejus liberrimam voluntatem & ei adhaerentem misericordiam. Qui ita hoc negotium direxit, ut Filius suus partes Redemptoris in se volens susciperet.

IV. Secundo modo consideratus potest dici pars offensa, quia per ejus legis transgressionem maximè erat offensus, & hanc ratione concedimus Deum clementiam, ut Seneca definivit, lenitatem superioris adversus inferiorem in constitutis poenis exercere potuisse, quoniam punire non est actus necessariò competens parti offensæ quæ tali alijs oporteret, omni parti offensæ competere per se jus puniendi, quod falsum est, sed Judici.

V. Nec obstat, quod vindicatio interduin privatis & nullâ superiori potestate instructis tribui videtur. Nam ista vindicatio aut facti est, & non juris, quæ pugnat cum ipsa naturali æquitate, et si sit juris, erit tamen non per se ipsi competentis, sed alienâ concesione, quomodo raptorem reptæ pater-

pro-

proscriptum, quivis interficit, vel de-
nique non significat ipsum puniendi a-
ctum, sed postulationem solum poenae
infligendae aut à Deo, aut à Rectore, aut
Judice.

VI. Cum Deus punit, ut qui nec pos-
sit non punire peccatum quod odit, fa-
cit id, non ut pars offensa, sed ut Ju-
dex. Interim non negamus, Deum, qui
peccata punit, recte dici partem offen-
sam, sed non recte dici punire quā pars
offensa est. Hinc Lactantius: Surgi-
mus ad vindictam, non quia læsi sumus,,
sed ut disciplina servetur, mores corri-
gantur, licentia comprimatur. Hæc est
ira justa, quæ sicut in homine necessaria
est, sic utique in Deo, à quo ad homi-
nem pervenit exemplum.

VI. Neque partem offensam esse di-
cimus in poena creditorem: Nam cre-
ditores sunt, quibus ex qualibet causa
debitur. Jam causa naturalis debiti est,
quia mihi aliquid deest, potest autem
deesse citra vitium, ut in deposito pa-
tet. Causa autem poenæ est ipsa actus
vitiositas, non autem quod aliquid mi-
hi

hi absit. Quæ ideo memoro, ne quis id,
quod læso propriè debetur, cum poena
temerè confundat. Non negamus ta-
men lege positivâ & contractu, introdu-
ci posse, ut creditori jus aliquod quæ-
ratur in poenam.

VII. Manet ergò jus puniendi, non
esse absoluti dominii, creditoris, aut
partis lælæ, aut Rectoris, sed Judicis,
qui non possit peccatum impunitum
dimittere. Nunquam enim cum justitia
pugnat de jure dominii aut crediti ce-
dere; at peccata impunita judicem di-
mittere, esset injustum.

VIII. Neque est injustum, justum vel
innocentem pro injustis & nocentibus
punire; Injustum cum dico, loquor de
injustitia, quæ ex rebus oriatur, non
quæ ex jure positivo.

IX. Ergò neq; ut Christus innocentissimus à Deo gravissimis cruciatus,
ipsâq; morte afficiatur; Res ipsa, di-
ctum manifestissimè demonstrat. Nam
gravissima passum esse Christum, mor-
tuum quoque, Sacra Scriptura expressè
ostendit. Hoc ipsum à Deo factum,,
non

non minus clare Scriptura loquitur, nihil autem à Deo injusti fieri, sine contumeliam divini Numinis negari non potest.

X. Notandum tamen est, esse de effusione poenae, ut infligatur ob peccatum, non tamen essentialiter ei esse, ut infligatur ipse qui peccavit: quod similitudine præmii, gratiæ & ultionis manifestum est. Nam præmium sapè in benè meriti liberos aut cognatos, & gratia in propinquos ejus, qui beneficium contulit, & ultio in ejus amicos, qui offendit, conferri solet.

XI. Malè ergò à Socino assuritur, omnium Gentium ac sæculorum legibus ac consuetudinibus probatum esse, non posse corporalē poenā, quam unus debet ab altero persolvi. Nam apud Persas, teste Marcellino, antiquitus ob unius noxam peribat propinquitas. In Græciæ civitatibus, notante Cicerone, mos fuit cum tyrannis tyrannorum liberos occidi. Sic in capitalibus judiciis vades capite plecti solitos, si rei se non sistenter,

rent, ut ex Pythiæ historia satis apparet.

XII. Hæc quidem nos non probamus, & eò solùm à nobis afferuntur, ut appareat, non eum fuisse consensum gentium, quem pro se adducit Socinus. Sic autem gentes judicasse non est mirandum, ut qui crederent unicuique homini non minorem esse potestatem in vitam suam, quam res alias, unde crediderunt vitam quoque non minus, quam cætera validè posse obligari.

XIII. Immutum ergo manet, actum puniendi, qui est in potestate Superioris circa considerationem delicti alieni, posse ab ipso superiore ordinari in pœnam alieni delicti. Et hoc injustum esse negat Scriptura, quæ Deum hoc sëpissimè fecisse ostendit; negat natura, quia vetare non probatur, negat aperè consensus gentium. Sed de his vide Grotium contra Socinum.

U S U S.

Cum usus in hac Oeconomia Redemptionis nostræ pro administratiōne

tione sapientissimi Dei nostri & me-
diorum varii esse possint: nos preci-
puos tantum enumerabimus, secun-
dum capitum divisionem. Pro primo
capite, ut infirmitatum nostrarum
conscii, nos coram Deo humiliemus,
& prostrati coram tribunalii Creato-
ris nostri eum in auxilium invoce-
mus, ut ipse corroboret nos in Domi-
no, & robore virium ipsius, quo pos-
simus stare adversus diabolum, car-
nem, & mundum, ut deponere vale-
amus quoad pristinam conversatio-
nem attinet, veterem illum hominem,
qui de sedu&tricibus cupiditatibus se-
se identidem corrumpit, & ut reno-
vemur spiritu mentis nostræ, induen-
tes novum illum hominem, qui secun-
dum Deum conditus est ad justitiam
& sanctimoniam veram.

Pro secundo capite, & quidem
quoad ejus misericordiam, quâ mo-
tus est ut Salvatorem ad miserum
genus

genus humanum ex faucibus aeternæ
mortis liberandum mitteret; ut nos
quoque eum imitantes, Servatoris no-
stri dicto pareamus, Estote misericor-
des, sicut & Pater vester misericors
est: ut & nos commoveamur, miseria
fratrum suum egestate aliisque, bonis
vitæ destitutorum, tunc maxime in i-
gnorantia viæ salutis atque, sic in um-
bra mortis versantium, eisque pro viri-
bus succurramus, benignas manus a-
periendo, errantes commone facien-
do & pie informando. Quoad Justi-
am, ut in timore & tremore salutem
nostram operando, demus operam ju-
sticie. Et quia ipse justus est, & ju-
ste judicaturus absque personarum ac-
ceptionem, ut puros atque immaculatos
nos prestemus coram ipso.

Quod ad tertium caput, & qui-
dem quoad Redemptoris nostri offi-
cium, ut amorem Dei erga nos pecca-
tores quod Filium suum unigenitum
pro-


pronobis dederit agnoscamus. Personæ enim Filii Dei dignitas major videbatur, quam ut Deus posset, & a mor quo cum complectebatur intensior quam ut vellet cum pronobis tradere: Illum itaque tradens maximè illustri argumento suum erga humānum genus amorem demonstravit, ut pote qui pretiosissimum ac carissimum, quem habebat nostrorum salutis impendit. Hinc Scriptura divina charitatis dñi in traditione hac collocat: Rom. VIII, 32. Qui proprio Filio non peperit, sed eum pro nobis omnibus tradidit, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? Secundò ut grātē agnoscamus, quemadmodum Dei Patris, sic etiam Christi amorem, qui Patri obediens factus est ad mortem, & mortem quidem crucis, qui maledictionem ultrō & sponte in se suscepit, ut nos à maledictione liberaret, & autor esset salutis omnibus

bus obedientibus sibi, qui per omnia
 tentatus est, ut misericors esset Pon-
 tifex, ad compatiendum nostris in-
 firmitatibus. Majorem enim cha-
 ritatem nemo habet, quam ut ani-
 mam suam pro alio ponat, atq[ue] hinc
 etiam nobis in exemplar dilectionis
 proponitur, ambulate in dilectione
 inquit Paulus Eph.112. sicut Christus
 dilexit nos, & tradidit se. Tertio ut
 agnoscamus odium divinum contra
 peccatum, quod dilectissimi Filii cru-
 entam mortem exegerit sacrificium
 propitiatorium, ut peccatum summo
 odio habeamus, utpote Deo adeo in-
 gratum, ut illius reatum non nisi ho-
 stia adeo eximia tolli voluerit, propri-
 umq[ue] filium illius oblationi impende-
 rit; Qui enim adeo detestatus est
 peccatum, multò gravius gratiae suæ
 contemptum fæderisq[ue] novi violatio-
 nem vindicaturus est: Quoniam
 voluntarie post acceptam gratiam
 pec-

peccantibus nulla restat pro peccatis
 hostia, sed terribilis expectatio judi-
 cii Heb.X, 26. Ut ex contemplatio-
 ne summi erga nos amoris Dei Patris
 & Filii ejus Iesu Christi fiduciam &
 spem remissionis omnium praecedent-
 ium peccatorum concipiamus, eaque
 fiducia ad vitæ emendationem Dei
 mandatorum præstationem excite-
 mur, neque peccatorum antecedenti-
 um magnitudine territi de divina
 gratia desperemus, cum fiduciam ha-
 beamus in introitu sanctorum in
 sanguine Christi; & hoc fundamen-
 to monemur accedere cum vero corde
 in plenitudine fidei aspersi corda, à
 conscientia mala, & ablutum corpus a
 qua munda, item Filioli hæc scribo
 neque peccatis: sed si quis peccaverit,
 advocatum habemus apud Patrem,
 Iesum Christum justum, ut ita fidu-
 cia remissionis Deo obedientes, ac
 sanctitati operam dantes, consequa-
 mur

mur serenitatem conscientiae, pacem
cum Deo, ac eternam in cœlis beatifi-
tudinem; Et hi sunt usus ex Economi-
a Redemptionis nostræ per Chri-
stum partæ promanantes. Sedenti
autem in throno, & Agno qui occisus
est, & emit nos Deo in sanguine suo,
& fecit nos Deo nostro reges & sacer-
dotes, sit benedictio & honor, &
gloria & robur in secula secu-
lorum Amen Apoc. V. 2.





3f 3368


X 2614038

VDN
A.E.



Farbkarte #13

B.I.G.



I. N. f.
RIA DISSERTATIO

De
**ONOMIA
EMTIONIS
NOSTRÆ
IRISTUM PARTÆ,**

Ubi

Controversiæ inter
TARIOS [vulgò Socinianum Originale, Personam
isti, Causam mortis ejus, &
nem strictim & dilucidè
pertractantur,

*bodoxa solidis argumentis
Unitariorum verò opinio
indidè refutatur
per*

AELEM RHEGENIUM,
ol. Transylvanor. olim qui-
am Religioni, nunc verò Evan-
Lutheranæ addictum.

*Eph. IV, 15.
se temur cum charitate.*

**LIPSIÆ,
JOH. GROSSII, 1688.**